

## CAPUT DECIMUM QUARTUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

*Prosequitur investivam in idola, eamque inchoat ab exemplo navigantium, qui insipienter nave vitium idolorum invocant, qua occasione navis inventio per arcam Noe Deo auctori tribuit et celebrat. Inde vers. 14, idolorum initium et originem, ac propagationem et incrementa assignat. Denique vers. 23, sacrilega idololatrarum sacrificia, imo farricidia, adulteria, furta, perjuria recenset, ac idololatrarum omnium scelorum esse fontem, imo cloacam asseverat.*

1. Iterum alius navigare cogitans, et per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se, fragilius lignum invocat. 2. Illud enim cupiditas acquirendi excogitavit, et artifex sapientia fabricavit sua. 3. Tua autem, Pater, providentia gubernat: quoniam dedisti et in mari viam, et inter fluctus semitam firmissimam, 4. ostendens quoniam potens es omnibus salvare, etiam si sine arte aliquis adeat mare. 5. Sed ut non essent vacua sapientiae tuae opera: propter hoc etiam et exiguo ligno credunt homines animas suas, et transientes mare per ratem liberati sunt. 6. Sed et ab initio cum perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit saeculo semen nativitatis, quae manu tua erat gubernata. 7. Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. 8. Per manus autem quod fit idolum maledictum est et ipsum, et qui fecit illud: quia ille quidem operatus est: illud autem cum esset fragile, deus cognominatus est. 9. Similiter autem odio sunt Deo impius et impietas eius. 10. Etenim quod factum est, cum illo, qui fecit, tormenta patitur. 11. Propter hoc et in idolis nationum non erit respectus: quoniam creatura Dei in odium facta sunt, et in tentationem animabus hominum, et in musculam pedibus insipientium. 12. Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum: et adinventio illorum corruptio vitae est; 13. neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. 14. Supervacuitas enim hominum advenit in orbem terrarum: et ideo brevis illorum finis est inventus. 15. Acerbo enim luctu dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem: et illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam deum colere cepit, et constituit inter servos suos sacra et sacrificia. 16. Deinde interveniente tempore, convalescente iniqua consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, et tyrannorum imperio colebantur figmenta. 17. Et hos, quos in palam homines honorare non poterant, propter hoc quod longe essent, e longinqua figura eorum allata, evidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: ut illum, qui aberat, tanquam presentem colerent sua sollicitudine. 18. Proxevit autem ad horum culturam, et hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia. 19. Ille enim volens placere illi, qui se assumpsit, elaboravit arte sua, ut similitudinem in melius figuraret. 20. Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum, qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc deum aestimaverunt. 21. Et haec fuit vitae humanae deceptio: quoniam aut affectui, aut regibus deservientes homines, incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt. 22. Et non succederat errasse eos circa Dei scientiam, sed et in magno viventem inscientiae bello, tot et tam magna mala pacem appellat. 23. Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniae plenas vigilias habentes, 24. neque vitam, neque nuptias mundas jam custodiunt, sed alius alium per invidiam occidit, aut adulterans contristat: 25. et omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum et fictio, corruptio et infidelitas, turbatio et perjurium, tumultus bonorum, 26. Dei immemoratio, animarum inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum in-

constantia, inordinatio moechiae et impudicitiae. 27. Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, et initium et finis. 28. Aut enim dum letantur, insaniunt: aut certe vaticinantur falsa, aut vivunt injuste, aut pejerant cito. 29. Dum enim confidunt in idolis, quae sine anima sunt, male jurantes noceri se non sperant. 30. Utraque ergo illis evenient digne, quoniam male senserunt de Deo, attendentes idolis, et juraverunt injuste, in dolo contemntes iustitiam. 31. Non enim juratorum virtus, sed peccantium poena perambulat semper injustorum praevicationem.

4 et 2. ITERUM ALIUS NAVIGARE COGITANS, ET PER FEROS FLUCTUS ITER FACERE INCIPENS, LIGNO PORTANTE SE, FRAGILIUS LIGNUM INVOCAT. ILLUD ENIM CUPIDITAS ACQUIRENDI EXCOGITAVIT, ET ARTIFEX SAPIENTIA FABRICAVIT SUA. — Graece, *rursus quis ad navigandum se comparans, et feros pertransiturus fluctus, navigio ipsum portante, patris lignum inclinat. Nam illud quidem turorum cupiditas excogitavit, artifex autem sapientia confecit: tua vero, Pater, providentia gubernat*: in Graeco enim non est *sapientia sua*, sed tantum *artificis sapientia*, quae dicitur fabricasse navim, quam in mari Dei providentia gubernat: in Latino est *sapientia sua*, q. d. Artifex, puta faber, per sapientiam suam fabricavit navim: sensus est, q. d. Vide et discite novam idololatrarum dementia: ecce tibi nautae navim constructam ex lignis solidis, et artificiose compactis, ut savis maris fluctibus, ventis et procellis resistat; hi autem pro felici navigatione invocant idolum ex viliori ligno, ut ostendi cap. praeced. vers. 43 et seq., confectum: nautarum enim deus et idolum est Neptunus, item Castor et Pollux, *Aetor. xxviii, 41*, sicut christianorum in mari periclitantium non dii, sed apud Deum advocati sunt B. Virgo, S. Paulus, S. Clemens, S. Nicolaus, S. Selmus, S. Franciscus Xaverius, uti dixi *Aetor. xxviii, 41*. Ut quid ergo Neptunum e ligno vili et putri fabricatum colunt? cur non potius navim suam e ligno forti et pulchro rite compactam invocant? illam enim cupiditas lucri per transvectionem mercium, quae navi fit, conquiritur ingeniose excogitavit, et artifex, puta faber lignarius, per suam sapientiam, id est ingenium et artem, industrie assidue fabricavit, ideoque robustiorem aequae ac elegantiore, quam sint idola, effecit; unde Propertius, lib. III *De Navi et Naufragio*:

Ergo sollicitus, inquit, tu causa pecunia vitae es:  
Per te immaturum mortis adimus iter.  
Natura insidiosa Pontum substravit avari.

Gentiles navis inventionem tribuunt Jasoni et Argonautis, navigantibus Colchos ad rapiendam vellus aureum, utpote antiquissimis: Ita Plinius, lib. III, cap. xxvi: Tertullianus, lib. *De Corona militis*, cap. viii, tribuit Minervae; Clemens Alexandrinus, *I Strom.*, Atlanti; alii Danao, alii Neptuno, alii Prometheo, qui Mosi fuit coevus, ut superius dixi ex S. Augustino; alii Phoenicibus, alii Creten-sibus: diversis enim in locis diversi ejusdem rei

potuerunt esse auctores. Verum his omnibus anterior fuit arca Noe, *Genes. vi*. Haec ergo prima, quod sciamus, fuit orbis navis; etsi ante eam homines navigasse in ratibus, truncis arborum excavatis, uti etiamnum faciunt Indi, et scaphis, sit verisimile: vide Plinium, lib. VII, cap. lvi, et Polydorum Virgilium, lib. III *De Invent.* cap. xv. Pro caeteris ponti exemplum navigantium, quia hi ob assidua vitae pericula prae sunt ad invocandos deos: nam, ut ait Psaltes, *Psal. cvi, 26*: « Abscondunt usque ad oculos, et descendunt usque ad abyssos: anima eorum in malis tabescet. Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrui, et omnis sapientia eorum devorata est. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur; » unde illud vulgo tritum: « Qui nescit orare, naviget mare: » vide *Jona*, cap. i. Hinc Cato, teste Plutarcho, de tribus dolebat, primo, quod in hac vita tam incerta et brevi, vel unus dies sine fructu illi effluxisset; secundo, quod secretum suum creditisset mulieri; tertio, quod navigio fecisset iter, quo terrestri via poterat pervenire. Eadem haec tria vota Aristoteli tribuit Antonius in *Melissa*, part. I, serm. 17, et Alexandro Magno Stobeus; sed loco primi ponunt, quod unum diem infestatus mansisset.

3 et 4. TUA AUTEM, PATER, PROVIDENTIA (multi addunt, *cuncta*, sed illud delenti Romanae et Graecae) GUBERNAT (sollicit lignum, hoc est navim jam dictam): QUONIAM DEDISTI ET IN MARI VIAM, ET INTER FLUCTUS SEMITAM FIRMISSIMAM: OSTENDENS QUONIAM POTENS ES EX OMNIBUS SALVARE, ETIAMSI SINE ARTE ALIQUIS ADEAT MARE. — Pro *sine arte*, uti legunt Romani et Graeci, perperam alii legunt, *sine rate*, licet eodem redeat sensus: per *artem enim*, nauticam intelligit, in qua prima fuere rates. Noster a Castore *providentiam* hanc Dei restringit ad Hebraeos, quos Deus sine navi per Mare Rubrum a se divisum sicco pede deduxit. Melius alii attribunt navi, de qua sermo praecessit, q. d. Frustra nauta invocant sua idola, puta Neptunum et Castores: tua enim providentia, o Domine, qui es pater omnium, navim in mediis fluctibus, aequae ac caetera cuncta, gubernat et dirigit; quae tanta tamque potens est, ut etiam Hebraeis in Mari Rubro sine navibus patefecerit viam, ut inter ejus altissimas aquas et fluctus per semitam firmissimam, graece, *σπερμα*, id est *fulam*, securam, puta per siccum maris alveum, illi transiret: quo miraculo ostendisti te posse homines ex omnibus maris periculis salvare, iterque illud dare illa

pervium eum volueris, eliamsi quis sine arte et rate illud aderit. Unde S. Chrysostomus, hom. 11 in *Genes.*, obstupescit Dei sapientiam et providentiam, quae docet nauas et nauceros tempus, viam, et diverticula in vastissimo aequore, ut sciant in qua plaga mundi versentur, quam viam inire, quae diverticula capessere debeant.

Moraliter, hinc discere quanta quaque singularis sit Dei providentia, quae singulas naves et navigantes in medio mari gubernat, ac pari ratione singulos homines, animalia, plantas, et creaturas alias, adeoque totum mundum regit et gubernat: mundus enim est quasi navicula, cuius nauclerus est Deus, uti docet Aristoteles (vel quisquis est auctor) lib. *De Mundo*. Exemplum admirabile senis eujusdam naufragi, cui nomen Valgus, vel Victor, qui in variis sociis atque carina retinaculis amissis, per varias regiones undis maris jactatus, mira Dei providentia servatus est, narrat S. Paulinus epist. ad *Macarium*. Simili modo in ceteris navigantibus vastum, caecum et procellosum mare in navi tam exigua et invalida, singularis elucet Dei cura et providentia: quibus enim vix tribus palmis (quibus navis eminet mari) distant a morte; unde Juvenalis, *satyr.* XIV:

I nunc, ait, et ventis animam committis, dolate  
Confusus ligno, dignis a morte remotis  
Quator, aut septem, si sit latissima teda,

id est pinus, ex qua fit navis. Et Ovidii, lib. II *De Ponto*:

Nam prope tam lethum, quam prope cernit aquam.

Sic et Anacharsis apud Laertium ait, navigantes quator digitis, quibus crassa est navis, distare a morte.

Errarunt ergo primo, Epicurus, Heraclitus et Democritus concedentes quidem Deum, sed ei adimentes providentiam, eo quod putarent omnia evenire ex necessitate nature, teste Lactantio, lib. I *De Ira Dei*, cap. ix et x. Secundo, erravit Cicero, qui eandem Deo ademittit, sed alio ex capite, quod scilicet adimeret Deo cognitionem futurorum contingentium, putans illa repugnare libero hominis arbitrio, teste S. Augustino, lib. I *De Civit.*, cap. ix. Tertio, errarunt alii, qui singulas res pendere censerunt a suis causis, non a Dei providentia: Deum enim movere primum mobile, cetera vero ab illo moveri, ut ait Aristoteles, lib. XII *Metaphys.*, cap. n, textu 37; unde hunc errorem Aristoteli tribuunt Nazianzenus, orat. I *De Theol.*; Clemens, VIII, *Strom.*; Ambrosius, lib. I *Officior.*, cap. xii, et alii: videbatur enim Aristoteli indignum Deo curare res singulares etiam minimas, ut culices, pulices, etc. Quarto, errarunt illi qui dixerunt Deum per se curare res universales et incorruptibiles; particulares vero et corruptibiles curare per intermedios genios, sive angelos: quem errorem Platoni tribuit Nysenus, lib. VIII *Philos.*, cap. iii et iv. Plato tamen,

lib. X *De Legibus*, fusc ostendit Deum curare res minimas: perfectissimum enim artifex, inquit, (qualis est Deus) etiam minimorum in arte cognitionem curamque habet. Hos errores recensent et confutant S. Chrysostomus libris sex, et Salviastomus libris octo *De Providentia*; S. Ambrosius, I *Officior.*, cap. xii; S. Augustinus, lib. V *De Civit.*, cap. ix et x; S. Thomas, lib. III *Contra Gentes*, cap. LXXI et seq., ac Sapiens hoc loco.

Porro hinc Sapiens gnomo consonant omnium patrum, et probatorum philosophorum sententia. S. Basilius in *Hexam.* hom. 7: « Nihil est prorsus, ait, quod sub providentiam Dei non cadat: nihil est omnino, quod a Deo neglectum sit; omnia explorat, omnia conspiciat oculus ille pervigil; omnibus adest, facultatem salutis cuique praestat. » S. Hieronymus in *Jerem.*, cap. ix: « Omnia, inquit, Dei providentia adest iustitia gubernantur; » et in *Matth.* vii: « Si parva et vilia animalia absque Deo auctore non decidunt, et in omnibus est providentia, et quae in his peritura sunt sine Dei voluntate non pereunt, vos qui aeternitatis, non debetis timere, quod absque Dei vivatis providentia. » S. Ambrosius, lib. I *Officior.*, cap. xii: « Quidam putant, inquit, Dei providentiam usque ad lunam descendere. Et quis operator negligat operis sui curam? quis deserat et desinat, quod ipse condendum putavit? Si injuria est reserere, nonne est major injuria fecisse? cum aliquid non fecisse nulla injustitia sit; non curare, quod feceris, summa inclementia. Revera si in feno vivimus, movemur et sumus, ipsamque per terras meare, per tractus maris, coelumque profundum aiunt; quare optimam illius dignitatem, nempe providentiam, ab eo auferendam esse arbitrantur? » S. Augustinus, lib. III *Confess.*, cap. xii: « O tu, bone Omnipotens, inquit, qui sis curas unumquemque nostrum, tanquam solum curas, et sic omnes tanquam singulos; » et lib. V *In Genes.* ad litteram, cap. ult.: « Quid absurdum et insulsus sentiri potest, quidque dementissimum, quam putare nullum esse divinae providentiae iudicium de moribus hominum, qui curat etiam minutissima animalia, dracones, abyssos, grandines, aves, imbres et tempestates, quae faciunt verbum ejus? » Psalm. cxlviii, 8. S. Chrysostomus in *Psalm.*, cxxv: « Deo, inquit, nulla debemus, quod nos fecerit, quod tales creaverit, quod factos regit et continet, et quod quotidie tam privatum, quam communiter providet, nostrique curam gerit, idque clam et aperte, nobisque scientibus et necessitentibus. »

Huc accedunt gnomo philosophorum. Trimegistus: Deus, inquit, est factor et provisor omnium; unde hac de re librum scribens eum indicat *Pimander*, id est, *Pastor hominum*, qui scilicet homines regit, sicut pastor oves. Orpheus de Deo sic ait: « Omnia intus inspicis, omnia intus audis, omniaque distribuis. » Sed quomodo fieri potest, ut Deus sit, agat vero nihil? si enim Deus

est, agat aliquid praerularum, inquit Cicero, nihil autem est praerularum mundi administratione; mundus ergo et a Deo conditus est, et Dei administratione gubernatur, unde in calce libri primi *De Natura deorum*: « Si maxime talis est Deus, inquit, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat: quoniam nihil propitius homini facere potest. » Stulte igitur dictum est a Lucretio:

Nec bene pro meritis capitar, nec tangitur ira,

Lactantius, lib. I, cap. ii: Democritus omnia fortuito regi ac fato dicebat; cuius sententiae confirmator est Epicurus; sed et antea Protagoras, qui deos in dubium vocavit, et postea Diagoras, nonnullique alii, qui non putaverunt deos, quos tamen ceteri philosophi, ac maxime stoici retulerunt dicentes, nec fieri mundum sine divina ratione potuisse, nec constare, nisi summa ratione regeretur. Euripides in epist. ad *Sophoclem*, quod tempestas non perisset, in Dei providentiam refert. Maro, VI *Aeneid.*, Elysios campos decantat. Ptolemydes ait: « Si tu male judicaveris, te Deus postea iudicabit. » Hippocrates pluribus gentium diis sacra decevit, et supplicationes varias instituit. Theophrastus in *Metaph.* omnia divina providentia retulit; Deum divinum esse principium ait per quod omnia sunt et permanent. Anotonius librum *De Interpret.* expositorum, exoptat divinitus provideri. Aristoteles, I *Ethic.*, ait felicitatem deorum muneri acceptam referri debere; in V *varo Ethicor.* precibus postulandum censuit, ut quae simpliciter bona sunt, iis ipsis etiam, qui optant, essent bona; iusti, quod est a lege, partem esse sacrificia facere; unde post paululum, divina decreta humanis praestantiora sanxit: in X *Ethicor.* ait hominem, qui mentem excoleret, Deo esse amicitissimum.

3. SED UT NON ESSENT VACUA SAPIENTIAE TUAE OPERA, PROPTER HOC ETIAM ET EXIGUO LIGNO CREDUNT HOMINES ANIMAS SUAS, ET TRANSEUNTES MARE PER RATES LIBERATI SUNT. — Dat causam, cur Deus, qui sine navi poterat homines per aquas transferre, ut transtulit Hebraeos, voluerit usum navis et navigandi introducere, scilicet, ut insulani cum ceteris hominibus, haberent commercium familiare. Primo, graece est elegans paronomasia, *ne essent Sapiencia tua dēra tyra*, id est *citosa nepotia*, et inutilia opera, quae scilicet in insulis et transmarinis regionibus creasti, formasti, collocasti; idcirco navis et navigandi usum hominibus insperasti, ut quae in insulis sunt pretiosa, ibique quaei delitescent, per naves ad nos adveherentur, ac vicissim nos nostra, quibus caret insulani, ad eos transveheremus, itaque esset mutua mercum et honorum communicatio. Hoc fine et hac de causa, exiguo ligno, id est navigio, credunt homines animas, id est, vitas suas, sperantes se per illud tua providentia duce incolumes navigaturos, ac maris pericula superaturos: unde per eandem pterique transeuntes mare, per ratem li-

berati sunt ab hisce periculis, et in dies liberantur: Ita Lyraeus Holcot, Dionysius et alii. Secundo, Osorius, Jansenius et a Castro verius et ad sequentia conformius explicant de arte navigandi, et naves conficiendi, in qua maxime elucet divina sapientia, q. d. Voluisti, o Domine, hoc fieri per navigationem, ne opera tua essent otiosa, hominesque inertia languerent, sed potius laborarent, et industriam adhiberent in fabricandis navibus, et scientia navigandi, et siderum observatione, ac marium, littorum, insularum, et transmarinarum regionum lustratione. Huc facit illud Senecae in *Medea*, act. ii:

Audax nimium, qui freta prima  
Bale tam fragili pericula rupit;  
Terraeque suas post terga videns,  
Animam lenibus credidit auris;  
Dubitans secans aequora curas,  
Potuit tantum dicere ligno,  
Inter vitas mortisque vias,  
Nimium gracili limite ducta.

Pittacus rogatus, quid fidum esset? respondit, terram: quid infidum? mare. Plato assidue monebat fugiendum esse mare, perinde ac improbitatis magistrum. Laodamas ille homericus nihil miserius esse dicebat, quam virum fortem ponto exagitari. Anacharsis dubitabat, an navigantes inter vivos vel mortuos essent referendi, teste Laetio, lib. I, cap. vi. Callimachus dicebat iucundissimum esse mare, sed si quis e terra illud contempnaretur; quem imitatus Horatius ait:

Neptunam procal a terra spectate forentem.

Eadem mystice dicas de mundo, qui est mare magnum mille habens tentationum, tribulationum, periculorum, calamitatum fluctus, syrtis et aestus.

TRANSEUNTES MARE (graeco, *αδρανα*, id est *tempestatem*, fluctus, procellam, hoc est mare fluctibus et procellis aestuans) PER RATEM. — Pro ratem, graeco est *αδρανα*, id est *navis ex tempore facta*, ac tumultuario et subitaneo opere compacta, quales fuere primae naves, quae non erant aliud nisi rates, id est, arbores, sudes vel trabes colligatas. Cantaeuzenus haec accipit de cymba, quae naufragio facto, ex residuis navis partibus tumultuario a naufragis compingitur, ut per illam periculum evadant, et quasi enantent.

6. SED ET AB INITIOQUE PERIRENT SUPERBI GIGANTES, SEDES ORBIS TERRARUM AD RATEM CONFUGIENS, REMISET SECUNDO SEMEN NATIVITATIS, QUAE MANG TUA ERAT GUBERNATA. — Perperam pro spe, ut habent Romani et Graeci, nonnulli legunt *spem*: probat usum et utilitatem nave ex arca, per quam Noe cum tribus filiis, et totidem uxoriibus, evasit diluvium immissum orbi ob scelera, praesertim ob fastuta et tyrannidem gigantum, idque ductu Dei: arcam enim gubernare non poterat Noe, utpote arcae undique clausae inclusus; sed solus Deus, qui id more suo faciebat ministerio angelorum. Arca ergo fuit prima ratis, id est navis mundi: regnita

saltem et publica; unde Josephus, lib. I. *Antiq.* cap. III, arcam appellat *navim*: Noe enim longe antecessit Jasonem, Argonautas, Danaum, Neptunum, ceterosque omnes, quibus gentiles navis et nauticæ artis inventionem tribuunt. Porro Noe vocatur *spes orbis terrarum*, quia cæteris omnibus aquis diluvii mersis, ipse solus cum suis filiis in arca servatus est, ut post diluvium genus humanum generando propagaret, ne illud intereideret et interiret. Sic Ascanius, Enææ filius a Virgilio, XII *Æneid.* vocatur *spes altera Romæ*, et pater filium unicum vocat *spem baculumque senectutis suæ*, Tob. v. 23. Noe ergo « remisit sæculo semen nativitalis, » græce, *reliquit mundo ætiffa* *πρινης*, id est *semen genitale*, vel *generationis*: tres enim ejus filii fuerunt quasi tria semina, ex quibus succrevit tota propagatio et posteritas hominum; fuit ergo Noe Janus hirsutus, ac novi sæculi parens, æque ac primus navis et nauticæ artis inventor: vide dicta *Genes.* VI.

7. BENEDICTUM (Vatablus, *felix*) EST ENIM LIGNUM PER QUOD FIT JUSTITIA. — SYDUS, *benedictum est lignum, ex quo apparet vel videtur justus*; Arabibus, *quoniam benedicta trabs, per quam fit justitia*. Primo, aliqui apud Jansenium per lignum accipiunt fœream et capitulum, quo fit justitia de sordibus: fœres enim et latrones in eo suspenduntur publice, ut quemcumque eos vident, metu similis suspensio continentur se a furtis et latrocinio, quod est magnum reipublice bonum et benedictio. Secundo, alii hæc accipiunt de navi qualibet, qua quis recte utitur ad justa mercimonia, et commoda reipublice. De navi enim est hic omnis sermo. Per navim ergo fit justitia, id est exercetur justa mercatura. Tertio et genuine, per lignum accipias arcam Noe, q. d. Benedicta sit arca, per quam juste condemnati sunt scelerati gigantes, totusque mundus, ac servatus fuit justus plusque Noe: impij enim ex arca eliminati, et quasi profligati perire diluvio, ex quo pius Noe per arcam enavit. Opponit ligneam arcam ligneis idolis, quod hæc neminem a diluvio alive nullo liberaverunt, aut servare potuerint; a quo tamen Noe, totamque posteritatis spem et semen liberavit arca: illa ergo sit benedicta, idola vero maledicta, ut sequitur; unde S. Ambrosius in *Psal.* CXVIII, serm. 8, legit, *benedictum lignum, quod fit per justitiam*; *maledictum autem lignum, quod fit per rationem hominum*, quale est idolum. Verum recte Romani in editione S. Ambrosii id correxerunt, ut legatur, *benedictum lignum, per quod fit justitia*, uti habet editio Vulgata et Græca: ita enim legisse S. Ambrosium ex verbis quæ subjicit, liquet. Addunt aliqui justitiam per arcam esse factam, eo quod Sem fuerit idem cum Melchisedec, qui ex etymo fuit *rex justitiae*, ac ex diluvio evadens fuit publicus ductor ac doctor justitiae; verum Melchisedec alius fuit a Sem, longæque eo posterior, ut ostenditur *Genes.* XIV.

Mystice, a benedictum lignum, per quod facta

est justitia, a justaque satisfactio pro peccato Adæ et peccatis totius mundi, est crux Christi, quam proinde representavit arca Noe: hæc enim crux idola et idololatram destruxit; unde his se opponit, atque gratiam, justitiam et salutem omnibus in Christum crucifixum rite credentibus, contulit. Unde S. Chrysostomus, orat. *De Feste crucis* legit, *benedicite lignum, per quod fit justitia*; S. Germanus, *De Exaltat. Crucis*, legit, *benedicite lignum per quod fit salus*; Leontius, qui floruit anno Christi 620, orat. *De Cruce Christi*: « At Salomon ait, *Sapient.* XIV, 7: *Benedictum est lignum, per quod salus comparatur*; » Anonymus apud Greiserum, tom. II *De Cruce*, legit, *benedictum sit lignum, per quod facta est salus in medio terræ*: sic et S. Bonaventura, Holcot, Hugo, Dionysius hic per lignum accipiunt crucem Christi, æque ac S. Augustinus, lib. XV *De Civit.* cap. XXVI, Clemens Alexandrinus, lib. VI *Strom.* cap. IV, Cyrillus Hierosolymitanus, *catech.* 19, et plures alii. Christus ergo in cruce nostram maledictionem in se suscepit, et expiavit, ac convertit in benedictionem, juxta illud *Galat.* III, 13: « Christus nos redemit a maledictio legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est: *Maledictus omnis, qui pendet in ligno*: ut in gentibus benedictio Abraham fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem: » vide ibi dicta. Porro S. Ambrosius loco jam citato, acule per justitiam accipit misericordiam: *Benedictum, ait, lignum, per quod fit justitia*, id est *misericordia*: hanc enim Christus in cruce exoravit, dum suo cruce non abluo, nobisque veniam impetravit; » ad idque misericordiam vocari *justitiam*, quia Deus a sciens secundum corporis fragilitatem corruptela patere hominem, quasi justus, fragili lubricæque nature delicta concessit, » presertim in posteris Adæ, qui peccatum non fecerunt, sed ex Adam duntaxat nascendo contraxerunt: « In illum (Adamum), inquit, justa severitatis præcessit sententia, quia scire voluit, quod scire non profuit; nobis autem, qui hereditario vinculo tenemur astricti, qui in hac carne sumus, quæ priorum judicio detrita jam atque assuefacta peccatis, non poterat emergere, quasi justus indulset: iuste enim ignovit heredi, qui præjudicio laborabat auctoris. Est ergo justa misericordia. » Denique, per lignum crucis facta est justitia, id est justum sacrificium pro peccato, quod ex æqualitate justitiae, et dignitatem victimæ immolatae, puta Christi crucifixi Filii Dei, satisfaceret offensæ Dei, ac honorem illi per peccatum ablatum restituere, dum Christus moriendo in cruce ejus rei causa, infanitam reverentiam, cultumque Deo exhibuit: sicut enim offensæ Dei facta peccato Adæ, ceterorumque hominum, ac personam et majestatem immensam Dei, quæ offenditur, fuit infinita sic pariter infinita est persona Christi, quæ se in victimam Deo obtulit ad hujus offensæ satisfaciendum. Adde, infanitam humilitate

Verbi, quæ se humiliavit descendens in carnem et crucem, ut peccata expiaret, ex æquo respondit infinite vilitati, contemptui et injuriæ, quam Adam superbiter peccando Deo irrogavit, imo eam longe separavit. Ex adverso idolum est lignum, per quod fit summa injustitia et injuria Deo. dum divinitas Deo admittitur, et transcribitur in idolum; ac aræ, templi, religio, cultus, sacrificia uno Deo debita transferuntur ad idolum. Benedictum ergo est lignum crucis, per quod fit summa justitia: maledictum vero lignum idoli, per quod fit summa injuria Deo.

8. PER MANUS AUTEM QUOD FIT IDOLUM, MALEDICTUM EST ET IPSUM, ET QUI FECIT ILLUD: QUIA ILLE QUODEM OPERATUS EST: ILLUD AUTEM CUM ESSET FRAGILE, DEUS COGNOMINATUS EST. — S. Ambrosius legit, *maledictum autem lignum, quod fit per manum hominum*; græce, *at manufactum* (lignum manu artificis fabricatum, puta idolum) *maledictum ipsum, et qui fecit illud: quoniam hic quidem effectus; illud vero Deus nominatus est, cum esset corruptibile*; Vatablus, *felix enim lignum, per quod justitia exerceatur; manufactum autem infelix est, cum ipsum, quam ejusdem fabricator. Hic ut operis auctor; illud, ut nomen Dei, cum corruptionis obnoxium sit, adeptum*. Sensus est, q. d. Benedictum sit lignum arce, per quod salvatus est justus Noe, injusti vero gigantes mersi diluvio; æque ac lignum crucis Christi, per quod justificatus et salvatus est mundus, quare illud omnes benedicunt, laudent, venerentur. At maledictum sit lignum idoli, æque ac ejusdem fabricator, ut omnes utrumque detestentur et execrentur: *idolum quidem ut summe Deo injuriam, ac omnibus exitiale, cum illos allicit ad idololatram, quæ summum est flagitium; fabricator, quia opus tam Deo injurium, et hominibus noxium fabricatus est*. Notat S. Thomas, II II, *Quæst.* LXXVI, art. 2, proprie non benedicti vel maledicti creaturæ alicui nisi rationali, irrationali vero duntaxat in ordine ad rationalem; idolum ergo irrationali maledictum, quatenus rationali homini est occasio idololatricæ: mersus quatenus idoli maledictio refertur et cadit in demonem, qui idolo insidet et presidet: demon enim maledictionis, id est damnationis æternæ et execrationis Dei, angelorum et hominum ob suam malitiam est reus, illicque adductus et obnoxius.

Mystice, benedicta est crux, id est mortificatio carnis et cupiditatis, per quam fit justitia, quia per illam caro subditur spiritui, cui ex justitia subdici debet. Maledictum vero lignum scientiæ boni et mali, quod Evam et Adamum illexit ad inobedientiam, gulam, summamque Dei injuriam et offensam. Similiter maledicta radix et arbor concupiscentiæ, quæ injuste se opponit rationi et spiritui, ut illi dominetur qui servire debet.

9. SIMILITER AUTEM QUOD FIT IDOLUS ET IMPIUS ERIS. — Græce, *non ex æquo imisi sunt Deo tempus et ejusdem impietas*: ita Vatablus: dat

causam, cur idoloplastes, æque ac idolum, sit Deo invisus, quia scilicet tam exosus est Deo impius, quam impietas; impius autem est idoloplastes, qui idolum velut impietatem, id est impiæ idololatricæ objectum et causam fabricatus est. Porro impietas formaliter et materialiter invisus est Deo: impius vero formaliter tantum, quatenus scilicet impius est, invisus est Deo, non vero materialiter: nam impius quatenus Dei creatura et substantia est, puta homo vel angelus, a Deo amatur et diligitur, quia, ut pulchre ait S. Hieronymus (vel quisquis est auctor) *epist.* 6 *ad amicum agrotum*, tom. IX, « amat Deus hominem, ut artifex fabricam; sed odit mala opera, quibus fabrica urgetur in lapsum, et cogitur in labinam (quæ est labi in lapsum et ruinam), et qui mala opera odit, malorum operum non potest amara factorem, sicut Salomon sapientissimus protulit, *Sapient.* XIV, 9: *Odo sunt, inquit, Deo impius et impietas ejus*: » talis enim est opifex, quale est opus, quare si opus sit pius Deo gratum, opifex ejus pariter erit pius, Deoque gratus: sin opus sit impium, Deoque invisum, opifex pariter, et, ut Græca habent, *εὐλογ*, id est *in seipsum*, ex æquo, æqualiter erit impius, Deoque invisus. Prædara S. Cyrillus Alexandrinus, *homil.* 12: « Rebus creatis, inquit, Conditoris sui gloriam impertiri nihil aliud est, quam Conditorem ipsum in rebus creaturarum ordinem referre. »

10. EYENIM QUOD FACTUM EST, CUM ILLO, QUI FECIT, TORMENTA PATIETUR. — Græce, *κατακλιμαξ*, id est *punitur*; at quomodo idolum inanime tormenta pati potest? Respondet primo Catacuzenus, quia idolum et idololatricæ punitur non in se, sed in ipso idololatra, dum is in gehenna cruciatur, sicut furium et homicidam punitur in furo et homicida, qui suspenditur. Secundo, Lyranus respondet idolum punitur, dum demon ejus præses, et per illud responsans in inferno punitur et uritur. Tertio, idola Saturni, Jovis, Martis, Veneris torquentur, dum ipse Saturnus, Jupiter, Mars, Venus in gehenna cruciantur et ardent: hi enim idololatricæ et scelerum hominibus fuerunt auctores. Quarto, ipsum idolum punitur, dum a fidelibus conspuitur, dejectur, frangitur, destruitur, comburitur, ut fecere primichristianæ martyres.

11. PROPTER HOC ET IN IDOLIS NATIONES SONS ERIT RESPECTUS: QUONIAM CREATURÆ DEI IN ORDINE FACILE SUNT, ET IN TENTATIONEM ANIMABUS HOMINUM, ET IN MUSCIPULAM PEDIBUS INSPICIENTIUM. — Græca jam contrarie habent, *quapropter et in simulacra gentium innoxia terra*, id est *inspectio*, inquisitio, visitatio, punitio erit; Vatablus, *in simulacra iniquetur*. Noster videtur legisse negationem *non*, id est *non erit inspectio vel respectus*; sed eodem modo dicit sensus, q. d. Deus non respiciet dignitatem idoli, quod scilicet ad idololatricæ colatur a humana: quare illi non parceret, sed illud punitet, diruet, comburet velut lignum vile, et flammis adiditum; aut, q. d. Tempore Christi, cum gentes ab idolis

ad Deum verum converterentur, tunc non amplius respiciunt nec revereantur, aut colunt idola; sed ea vilipendunt et confringunt; tunc ergo nullus respectus, nullus honor, nulla reverentia deferretur idolis: quare alienus videtur sensus S. Bonaventurae, Lyrani et Dionysii qui exponunt, quasi dicat: Deus idola, id est demones puniet eter. is ignibus: quocirca amplius ad eos non respiciet, ut miseretur et pariet: quia sicut culpa eorum est irremissibilis, sic et poena interminabilis.

QUONIAM CREATURAE DEI IN ODIIUM FACTAE SUNT. — Graece, *in ἐβδάρια*, id est in abominationem, q. d. Aurum, argentum, aes, lignum, quae sunt inter creaturas Dei precipue, magisque in usu hominum, ab impijs conversa sunt in abominationem, dum scilicet ex iis fabricarunt abominanda idola aurea, argentea, aerea, lapidea, quibus attribuerunt divinitatem, ac sacrificia et honores divinos cum summa Dei injuria et Creatoris contumelia; unde propter ea pariter idoloplastae et idololatras incursant in odium Dei, angelorum et hominum recte sententiam: quocirca graeca habent, *quoniam in creatura Dei ad abominationem facta sunt*, scilicet ipsa idola, q. d. Ceterum omnes creaturae sunt bonae, et a Deo benedictae, at sola in iis idola sunt maledicta et abominanda, tum Deo, tum angelis et hominibus. Addit Cantacruzenus, etiam sibi ipsis et propriae naturae, eo quod aurum, argentum, lignum per abusum idololatriae, quae eis fabricata et culta sunt idola, degenerarint a suo fine, qui est Deo creatori suo servire, ac deinde hominibus ad salutem eorum optulari; quo factum est, ut non tantum Deo, sed et hominibus sint in abominatione. Unde Syrus vertit, *et fecerunt ea in immunditiam*; Arabicus, *quia facta in creatura contemptio*; Vatablus, *quoniam in episcopo Dei ad nefas deformata sunt*. Minus genuine ergo Lyranus et Dionysius per creaturas accipiunt demones, qui, inquit, secundum bonam naturam creaturae sunt Dei, ideoque bonae, at per propriae voluntatis perversitatem facti sunt in odium, quia seipsum fecerunt Deo odiosos, et eos quos tantando sperant, ac ad idololatriam pellicunt, Deo faciunt exosos. Minus quoque apte Hugo per creaturas accipit homines, qui faciunt, vel colunt idola.

ET IN TENTATIONE ANIMABUS HOMINUM (Graece, in scandala animabus; Syrus, in offendiculum, vel offensum animarum hominum; Arabicus, seducerunt animas hominum, dum idola pulchritudinae et pretiosae ornatu suo, radium animas pellexerunt in suspensionem et idololatriam), ET IN MUSCIPULAE PEDIBUS INSPIENTIUM: — sicut enim murus insipientium capuntur muscipula, dum illicti nidore casei eam apertam subeunt, sed lignum quod illam sustinet (scandalum dicitur; unde nomen scandalum translatum ad quodvis offendiculum) facti casei incaute evertentes, a muscipula in se revoluta concluduntur et opprimuntur: sic pa-

triter homines pulchritudine idolorum, eoque non dulcedine vini, veneris, honorum illicti, illam ambiunt illaque se inebriant, itaque mentem, et Dei gratiam ac salutem, vitamque presentem et aeternam sibi adimunt. Pro in muscipulam, Graece est, in laqueum. Vatablus, ad pedes insipientium illaqueandos; Syrus, retia pedibus stultorum; alii, in decipulam, vel tendiculum. Loquitur proprie de specie auri, argenti, colorum, et ornatum idolorum, quae illicti rudes et insipientes homines ea deos esse consueverunt, et ut numina coluerunt, indeque in fornicationem omniaque scelera prolapsi sunt, ut patet ex ratione quam subdit. Generatim tamen haec sententia de qualibet creatura ad quodlibet illicite accipi potest: ita enim videmus homines post lapsum ab auro illicti ad avaritiam et furtum, a vino delicato ad ebrietatem et crapulam, a dignitatibus ad ambitionem et fastum, a scientia ad enrositatem et superbiam, a specie mulierum ad luxuriam, etc.

Unde S. Antonius, teste S. Athanasio, vidit totum mundum plenum laqueis; cumque roga- ret Dominum: « Quis illos evadet? » audivit: « Humilitas; » hoc est quod ait Job, cap. xxv. vers. 8: « Immisit impius in rete pedes suos, et in maculis ejus ambulat: tenebatur planta illius laqueo, etc., abscondita est in terra pedes ejus, et decipula ejus super semitam; » et S. Augustinus in *Soliloquijs*, cap. xvi: « Inimicus, inquit, ut occidat, semper vigilat sine somno, et nos, ut custodiamus nos, nolumus evigilare a somno. Ecce tetendit ante pedes nostros laqueos infinitos, et omnes vias nostras variis replevit decipulis ad capiendas animas nostras. Et quis effugiet? laqueos posuit in divitiis, laqueos posuit in paupertate, laqueos tetendit in cibo, in potu, in voluptate, in somno et in vigilia; laqueos posuit in verbo, et in opere, et in omni via nostra. Sed tu, Domine, libera nos de laqueo venantium et a verbo aspero, ut confiteamur tibi dicentes: *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captivum dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, et nos liberati sumus.* » Subdit deinde laqueos hos tendi in tenebris; unde, ut eos videat et caveat, poscit lumen a Deo: « Et tu quidem, Domine lux mea, illumina oculos meos, ut videam lumen, et ambulem in lumine tuo, et non impingam in laqueos ejus. Quis enim evadet laqueos istos multos, nisi videat eos? Et quis videbit eos, nisi quem illuminaveris lumine tuo? Ipse enim pater tenebrarum laqueos suos abscondit in tenebris suis, ut capiuntur in iis omnes qui sunt in tenebris suis, qui sunt filii tenebrarum harum, non videntes lumen tuum, in quo qui ambulat non timebit: qui enim ambulat in die, non offendit; qui autem in nocte ambulat, offendit, quia lux non est in eo. » Apposito S. Thomas, 1.ª part. Quest. Lxv, art. 1, ad 3, notat creaturas naturae sua ducere homines ad Creatorem, quod vero ab eo

abducant, ducantque ad malum et ruinam, id fieri non creaturam vitio, sed culpa eorum qui insipienter eis utuntur. Idem, 1.ª part. Quest. Lxxix, art. 1, ad 2, cum dicitur: « In tentationem, et in, inquit, non ponitur casualiter, sed consecutive: non enim Deus fecit creaturas ad malum hominum, sed hoc consecutum est propter insipientiam hominum; unde subditur: *Et in muscipulam pedibus insipientium*, qui scilicet per suam insipientiam utuntur creaturis ad aliud, quam ad quod factae sunt. »

12. INITIUM ENIM FORNICATIONIS EST EXQUISITIO (Graece, *inicia*, id est *excursatio*) IDOLORUM, ET ADINVENTIO ILLORUM CORRUPTIO VITAE EST. — Dat causam cur dixerit: « Creaturae, » puta aurea, argentea et lignea idola, « facta sunt in odium et in tentationem animabus hominum, » quia sciunt idola eisdem sunt initium et causa fornicationis ac corruptionis morum totius vitae: idololatria enim invenit libidines, ebrietates, et omnem scelorum colluviem. Hugo, Holcot, Dionysius et alii per fornicationem intelligunt idololatriam, haec enim est mystica fornicatio, quae anima relicto Deo sponso, idolis et demonibus, quasi adulteris adorando se subternit; hinc idola vocantur *Baalim*, id est *mariti*, sed adulterini, unde propheta passim idololatriam vocat *fornicationem vel adulterium*, ut Ezechiel, cap. xvi, vers. 23; Jeremias, cap. ii, vers. 16; Osee, cap. ii, vers. 3; Nahum, cap. iii, vers. 4, etc. Sic sensus est, q. d. Exquisitio et fabricatio idolorum, est cura fornicationis, id est idololatriae: ad hanc enim invitant et alliciunt idola. Verum hic sensus tum alienus videtur, tum exilis, quis enim nescit idola allicere ad idololatriam? malum ergo fabricacionem proprie accipere, praesertim quia et jungitur corruptio vitae, id est morum omnium licentia et vitio, quae commaniter fornicationis solent esse comes, imo proles et filia. Sensus ergo est, q. d. Idola et idololatria est initium et causa fornicationis (sub qua ceteras libidinis species accipere per synecdochen), indeque omnes probos honeste vitae mores depravat et corrumpit. Fornicatio enim secum inducit commessiones, ebrietates, rixas, pugnas, caedas, omnemque criminum catervam.

Causa est prima, quod idololatria sit summa apostasia et recessus a Deo, qui est ipsa sanctitatis et puritatis, ac transitus ad demonem, qui est quasi ipsa impuritas et pravitas: demon enim obstat in malo ob odium, quo prosequitur Deum et homines, qui sunt Dei imagines, ac destituit ad gloriam caelestem, ex qua ipse exiit, per invidiam furit, ut homines ad omnes nefas, praesertim ad libidinem, in quam scit eum ex natura corrupta summe esse proclivem, pertrahat: quare sicut Deus castitate coli vult, sic demon libidine, ut patet ex sacris Priapi, Veneris, etc. Hinc sicut veros fideles videmus puritatis studiosos et castos: sic idololatrias et hereti-

cos cernimus incoestos: quare cum quis labitur in luxuriam, gradum facit ad haeresim. Secunda, quod nemo castus esse possit sine peculiari et continuo adjutorio gratiae Dei, gratia autem est comes fidei; fide ergo destituti carent pariter et gratia castitatis: Deus enim gratiam haec tam singularem fere, non nisi fidelibus sanctisque impertitur. Tertia, quia, ut ait Ambrosius in cap. 1.ª ad Romanos, idololatrae « Deum incuriosum colentes, atque per hoc negligendum, magis habetati sunt, et ad omnia mala admittenda facti promptiores, » quia magnum frenum scelorum hominibus est metus Numinis, puta veri Dei, ne ab eo pro meritis castigantur: quia per idololatriam ablato, laxant idololatrae frenum cupiditatis, ruantque in omnia dedecora. Non enim timeant idola lignea et muta, nec ab eis vindictam expectant. Hoc est quod ait Apostolus, *Ephes. iv, 17*: « Desperantes (destituti fide et spe) tradiderunt semelipsum impudicitiae in operationem omnis immunditiae. » Quarta, quia idololatrae colunt Jovem, Priapum, Venerem, etc., qui fuerant homines impurissimi, ac adultenis et libalibus infames: quare putant sibi non tantum licere, sed decori esse, si adulterentur et luxuriantur, ut deos suos imitentur; unde ille adulescens apud Comicum: « Ego, inquit, non faciam quod Jupiter fecit? » ut fasius narrat S. Augustinus, lib. II *De Civit.* cap. vii.

Hinc S. Athanasius, orat. *Contra idola*, docet insilitum esse idololatriam « desiderio eorum qui stupris et propudijs pleni in figmentis representantur: » fabulae enim, comediae, et tragediae poetarum plenas sunt hisce Jovis, Martis, Veneris, etc., libidinibus, qui eas quasi deorum facinora decantant et celebrant. Quocirca turpissimum deorum vilium cultores idolorum imitantem sibi proposuerunt. Addit S. Athanasius originem idolorum investigans: « Fere omnes civitates omnibus libidinibus scatur ob immanitatem morum, quam in suis diis conspiciunt. Neque est in hoc genere deorum, quem castum appelles. Olim certe Phoenissae mulieres ante idola prostitebantur, dedicantes nuntiibus suum questum, persuasae meretricatu ea propitiari, ac prosperitatem rerum inde nasci: » idem fecerunt mulieres Babyloniae, Persiae, Armeniacae et aliae, ut dixi *Baruch vi, 42*. Prosequitur S. Athanasius: « Viri quoque abdicato sexu, nec se amplius maris esse ferentes, mulierum naturam affectaverunt, tanquam illa honorificata gratuita matri deorum facturi essent; omnes autem in turpissimis vivunt, et certamen inter se praviatissimae suscipere videntur, et, ut dixit S. Paulus: *Mulierum eorum mutaverunt usum.* » Legi S. Paulum, *Rom. i*. Notum est Isidis sacerdotibus fuisse impissimos. Scitum est Paulinam matronam castam a Decio Mando appetitam, cum eam pellicere non posset, per sacerdotes Isidis ei persuasisse deum Anubidem ea fruisse velle; itaque pro Anubide Decium se

substituisse, eaque abusus esse. Rem narrat Josephus, lib. XVIII *Antiq.* iv, et Hegesippus, lib. II, cap. 4. Hinc Balaam Moabitibus hoc consilium dedit vincendi Hebræos, scilicet, ut speciosas virgines ad castra Hebræorum submitterent, quas eos ad fornicationem simul et cultum Beelphegor pellicerent; itaque factum, ut patet *Num.* xxv, uti ibidem ostendi.

Symbolice, idolum est phantasma speciosum virginis vel meretricis, quod homo adigit ad fornicationem: homines enim carnales, qui oculos faciunt in formam feminarum, eam velut idolum sibi imprimunt, quod adeo versant et adamant, ut de alia re cogitare nequeant; quare cum eo fornicentur mente assidue, ac corpore, cum femina poliri possunt: quocirca amasias, quasi deas quasdam suspiciunt, colunt et venerantur. Qui ergo castus manere cupit, claudat oculos, et idola hæc a mente excludat, ut dicitur cum S. Job, cap. xxxi, vers. 1: « Pospici fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. » Huc facit, quod ait S. Isidorus, lib. II *De Summo bono*, cap. xxxix, et citatur 32, *Quest.* VII, can. xv, *Non estiam*: « Non solum, inquit, de commissis fornicatione peccatum regnat in homine, sed si adhuc delectatur atque animum tenet, procul dubio regnat. Fornicatio carnis adulterium est: fornicatio animi, idolorum est servitus; est autem spiritualis fornicatio, de qua Dominus ait, *Math.* v, 28: *Omnia qui viderit mulierem at concupiscendam eam, jam mochaus est eam in corde suo.* » Idem appllices cultibus alteri phantasmati, ire, vindictæ, gulae, superbæ, avaritiæ, quod iracundus, gulosus, superbus, avarus, velut idolum colit, ut illud opere expleat, ejusque usu et voluptate fruatur: vide S. Cyprianum, *Prolog. de Carit.* *operib.*, pulchre de his concupiscentiæ idolis dissertentem.

13. NEQUE ENIM ERANT AB INITIO, NEQUE ERUNT IN PERPETUUM. — Probat idola esse corruptionem vite, quia primitus cum Deus naturam instituit, vitamque homini dedit, non erant idola: quare illa non sunt conformia, sed difformia nature, vitæque hominum, illamque corrumpunt: quapropter ipsa quoque non erunt in perpetuum, sed ut corruptæ totius vite corrumpentur, destruentur et peribunt; præsertim predicante contra illa Paulo et apostolis. Demonstrat idololatricam esse inventionem hominum, non autem institutionem nature, vel ejus auctoris Dei, quia id quod hominem detorquet a Deo, et hominis naturam corripit, Deo congruere, ac nature conformis esse nequit.

Porro idola saltem publica non fuisse ante diluvium multi sentiunt, idque tum ob recentem creationis et Creatoris mundi memoriam, tum quia eo tempore nullus erat rex vel tyrannus, qui ad idolorum cultum plebem cogere, sed quisque pro suo vivebat arbitrata: ita affirmat S. Clemens Romanus, lib. I *Recognit.* et lib. IV,

sub finem; Epiphanius, *Præfat.* lib. de Hæresibus et in initio *Paravit*; Damascenus, initio lib. *de Hæresib.*, ac cæteri, qui originem idololatricæ saculo diluvium secto assignant, inter quos præcipuus est S. Cyrillus, lib. I et III *Contra Julian.* Intellige hoc de idololatria, quæ sit nota ex S. Scriptura vel aliis historiis, uti seipsum explicat S. Cyrillus et cæteri: nec enim Scriptura, nec ulla historia clare asserit idololatricam fuisse ante diluvium: nam ex signis et conjecturis valde probabiliter conjicere licet contrarium, scilicet idololatricam fuisse ante diluvium, imo fuisse causam diluvii; idque diserte docet Tertullianus, lib. *de Idololatria*; et probatur primo, quia *Genes.* vi, dicitur: « Omnis caro corruerat viam suam; » hæc autem corruptio naturaliter inducit atheismum et idololatricam, ut post diluvium adhevit. Hinc Serenus abbas apud Cassianum, *Collat.* VIII, cap. xxi, docet filios Dei, id est filios Seth, cum ingressi sint ad filias hominum, id est filias Cain, addixisse se maleficis, superstitionibus, et demones coluisse; qui cum non sint visibiles, verisimile est in simulacro et idolo se hominibus videntes et colendos prebuisse, ut fecerant apud gentes post diluvium, et etiamnum faciunt apud Indos: similia narrat Serenus de Cham filio Noe. Secundo, quia gigantes, propter quos Deus induxit diluvium, fuere impississimi, imo athei et theomachi, uti de suis Titanibus, quos gigantes fuisse non est dubium, narrant poete: gigantes enim cum nomen Deumque spernerent, ac suo robore et fastu omnes opprimerent sibi subiectæ, videntur voluisse haberi et coli tanquam dii, ut fecit Mezentius ille dicens apud Virgilium:

Dextra mihi deus est, et telum quod misisse Ibra.

Porro memoria creatoris Dei et creationis mundi cito dispare ante diluvium ex animis impiorum evanuit, uti jam dicta demonstrant. Adde diluvium tardè, puta post 1500 annos a creatione mundi contigisse. Hinc et Hebræi in *Bereshit Rabba*, id est *Genesi magna*, ad cap. iv *Genes.* v, 17, tractant tempore Enos, qui fuit nepos Adæ ex Seth filio, homines illius ævi abjurasse fidem unius Dei, tuncque idololatricam incœpisse, ideoque se illi opposuisse Enos, et cepisse invocare nomen Domini, scilicet proprio et publico cultu: licet alii aliter sentiant.

14. SUPERVACUITAS (græcè est *ἀνεπιτηδία*, id est *inanitas*, vana gloria et ambitio hæc (idolorum scilicet et idololatricæ) ADVENT IN ORDEM TERRARUM. — *q. d.* Per vanitatem et ambitionem hominum ingressa est in orbem terrarum idololatria ipsa enim non est aliud, quam mera vanitas et ambitio, ideoque cito peribit et evanescet: nam homines ambitiosi honores divinos sibi appetentes, idolum in mundum invexerunt. *Pro adventu*, ut habent Romana et Græca, alii legunt *adventu*; sed eodem redit sensus. Unde alii legentes *ἀνεπιτηδία*

in ablative vertunt, vana gloria vel ambitio i sola ingressa sunt in mundum: ita S. Athanasius, *orat. Contra idola*, et Vatablus, quippe hominum ambitione, inquit, in mundum introducta sunt. Quamvis autem ambitio prima fuerit hæc, nisi causa idola effingendi, eisque sacrificandi, tamen invidia diaboli, quod Deum hominesque prosequitur, ut scribit Tertullianus in lib. *de Idol.*, hanc ignem accendit et auxil.

ET IDEO BREVIS ILLORUM FINIS EST INVENTUS. — Pro inventus, græcè est, *ἵσθησις*, id est *excogitatus*, inventus est, scilicet a Deo: ita Clarius, Vatablus et alii; unde et S. Athanasius legit, *et ideo compendiarie eorum consummatio excogitata est*, *q. d.* Sicut vanitas vanaque ambitio excogitavit idola, ita Deus ex adverso hinc vanitati et malo coercente statim excogitavit remedium, quo illam sensim attereret et consumeret, nimirum vocando Abraham ad sui cultum, ac in ejus familia et gente erigendo Synagagam, veramque unius Dei fidem et religionem, qua ex diametro idololatriæ obsteret, donec eam deleat per Christum et apostolos. Alioquin enim constat idololatricam diu durasse, scilicet usque ad Christum per tria pene millia annorum, nisi quis dicat hic esse prophetiam de re proxime futura, si species tempus auctoris, qui hæc scripsit, ut *et inventus sit* propheticè capiatur *pro adventu*, *q. d.* Brevis finis idololatriæ invenitur adveniente, instat enim adventus Messie, qui eam abolebit: hic enim liber scriptus videtur sub tempora Ptolemæi Philadelphæ et Septuaginta interpretum, ducentis annis ante Christum, qui subvertit idola. Porro Petrus Nannius pro *ἵσθησις*, legens *ἵσθησις*, sic vertit et explicat, *q. d.* Propter brevitatem vite hominum excogitata sunt idola, seu imagines mortuorum, ut scilicet brevitatem vite suorum longævitate memoriæ eorumdem, per imagines et idola compensarent. Verum codices plerique omnes habent *ἵσθησις*, non *ἵσθησις*.

15. ACERBO ENIM LUCTU DOLENS PATER, CITO SUI BAPTII FILII FECIT IMAGINEM: ET ILLUM, QUI TUNC QUASI BONO MORTUIS FUERAT, NUNC TANQUAM DEUM COLERE COEPIIT, ET CONSTITUIT INTER SERVOS SUOS SACRA ET SACRIFICIA. — *Sacra* intellige festa, templa, altaria, thura aliosque sacros cultus modos et ritus: ita Dionysius. Pro *acerbo* græcè est, *ἀσπετος*, *acerbo* autem vocatur id quod in fructibus est *intempestivum*, ideoque acerbum, ut pote immaturum, quod calore solis non est coctum, sed adhuc acerbum manet: transfertur ad vite incommoda et mala, et ad hominis celere decessum, ut patet cap. x, 7. Luctus ergo acerbus seu intempestivus dicitur, quod filius ante tempus raptus lugeretur. *Sacra*, græcè *mysteria* et *sacrificia*, hoc est ceremonias et ritus, et quidquid ad cultum pertinet, præcavit, sacrificiaque constituit; hinc Arabicus legit, *quia genitor propter dolorem suum ingenitè genuit infans, propter subitam ablationem filii sui: est templo fecit illi simulacrum, et hominem vermaculæ in insilio venerati sunt tanquam Deam*; obscuro

rius Syrus, *sacrificium enim mastitis sumptis veterem tremore animantium, atque filius ejus tollitur, quia fecit formam homini, tunc mortuus est, et fecit nunc eum comparationem Dei. Et dicit is qui sub manu sua sunt, mysteria ministerii.*

Probat idola non semper fuisse, sed esse nuperimum hominis inventum, ex eo quod illa inventa sint a parentibus, ad leniendum dolorem conceptum ex præpropera morte filiorum vel charorum, quod scilicet et eorum memoriam sibi ad aliquale solatium conservant, fecerint eorum imagines, easque velut idola cum suis coluerint. Amor enim parentum in filios est cæcus et amens, ut filiorum aspectu, cultu et laude non satientur, donec divinos honores eis tribuant. O magna generis humani calamitas! Amoris signa transtulit in inclinatam peccati, et quod primo charissimi servituti, fecit ut tante Dei injuriæ deserviret. Triplex ergo nefas imprudenter et sacrilego commisit, primo, quod filii imaginem velut idola ad doloris lenimentum asseravit, cum eo potius dolorem auxerit: nam per imaginem redeunte filii memoria, renovabatur patri dolor de ejus morte, ac quoties eam aspicebat, toties velut idu cultu cor ejus perforabat: nimirum ignorabat, quod dolorum et miseriarum medicina sola sit oblivio. Secundo, quod amore et honore filii exulserit amorem et honorem Dei, ac idolum filio quasi Deo remittit, in summam ejus injuriam constituerit, atque a suis per sacra et sacrificia coli voluerit. Tertium, quod posteris fuerit causa idololatriæ, omniumque scelerum, quæ ex illa oriæ nata sunt. Quocirca Olympias Alexandrum Magnam filium, cum se Jove natum vendicaret, festive castigavit: « nam cum is, inquit Gellius, lib. XIII, cap. iv, ad matrem ita scripsisset: Rex Alexander Jovis Ammonis filius Olympiadi matris salutem dicit, Olympias ei rescriptis ad hanc sententiam: Amabo, inquit, fili mi, quæscas, neque deferas me, neque cirmuere adversum Junonem. Malum mihi prosum illa magnum dabit, cum tu me litteris tuis pellicem illi esse confiteris. Ea mulieris scite aut prudentis erga fœrem filium comitas, sensim et comiter admonuisse eum visa est, dependendam esse opinioem vanam, quam ille ingentibus victoriis et adulantium blandimentis, et rebus supra fidem præcæperis imbibebat, gentium esse se Jove. »

Gravis est hic et obscura questio de origine idolorum et idololatriæ, a quo scilicet, quando, et quomodo incœperit? Calvinus, lib. I *Instit.* cap. xi, § 8, ex hoc loco contendit liberum hunc non esse canonicum, et auctorem falsi insinuat, eo quod Rachel, inquit, legatur furata idola patris sui, *Genes.* xxxi, 19, que tamen non erant imagines mortuorum; illud autem contigit, antequam in consecrandis imaginibus mortuorum consuetudo invaleretur; verum utrumque Calvinus est probandum, utrumque enim est falsum: *errata*, quia idola Rachelis vocantur hebraice *terga*

plum, quae simulacra sunt hominis vel hominem representantia, ut patet I. Reg. xix, 13, ubi Michol pro Davide marito suo, qui a servis Saulis quaerebatur ad necem, ut eos similitudine corporis humani falleret, in lecto suppositus teraphim, id est simulacrum hominis, ac prout Davidi similis, simulacrum quoque falsum est, quia longe ante Rachelem Ninus primus rex Assyriorum, cuius anno regni 43 natus est Abraham avus Jacobi, cuius uxor fuit Rachel, Ninus, inquam, Belo patri suo vita functo posuit imaginem et idolum ad adorandum, uti mox ostendam. Porro Calvinum refellit S. Athanasius, lib. *Contra idola*, qui hanc de origine idolorum Sapientis sententiam disertis verbis citat et probat, aequae ac ceteri doctores et interpretes, atque tota Ecclesia, quae hunc librum ut canonice, et a Spiritu Sancto dictatum recepit, ac in Concilio Tridentino sess. IV, tale esse definitivum.

Pro resolutione questionis, suppono idololatricam posse esse sine idolis, imo fuisse ante idola, scilicet cum dii sine simulacris, aut solis templis, et aedibus vacuis colerentur, ut disertè docet Tertullianus initio lib. *De Idololatria*, et Plutarchus in *Vita Numa* docet ex illius præcepto annis 470 ab urbe condita nullam in templis Romae imaginem, neque pictam, neque fictam fuisse consueptam: idem habet Dionysius Halicarnassensis, addens Tarquinium Priscum docuisse Romanos simulacra diis ponere: hoc etiam vult Varro in *ad Augustinum*, IV *De Civit.* xxxi. Dico primo: idololatria videtur statim cepisse a diluvio, non tamen idola: probatur primo, quia Nemrod filius Chus, filii Cham filii Noe, *Genes.* x, superba tyrannide populum sollicitavit, ut a Deo deficeret ad se: ita Iosephus, lib. IV *Antiq.*, et S. Augustinus, lib. XVI *De Civit.* cap. IV, et passim alii consentiunt, eum auctorem fuisse, et prefectum edificandae turris Babel contra Deum; unde ipse cum suis punitus est a Deo, quando, ut ait S. Augustinus, lib. XVI *De Civit.* cap. XI, solus Heber tunc cum suis, quasi Dei populus pristinam linguam, puta hebraeam, aequae ac fidem et pietatem retinuit; Nemrod vero cum reliquis sibi obsequentibus utraque fuit spoliatus. Addit Flugo de S. Victore in *Genes.* cap. X, Nemrod homines ad idololatricam induxisse, ut ignem quasi Deum colerent, quem errorem postea Chaldaei sunt secuti; unde Abraham liberatus dicitur de Ur, id est de igne Chaldaeorum, II *Esd.* ix, 7. Secundo, quia Cham filius Noe homo pessimus, artis magicae fuit auctor (magi autem demonem colunt): ita Cassianus *Coll.* VIII, XXI, et Berossus Annianus et alii; qui Berossus docet eum inde *Zoroastrem* dictum, ejusque pestifera dogmata secutos Aegyptios, qui illum sibi fecerunt inter deos Saturnum adolescentiorem. Favet ratio, non videmus pessimis mores, quales fuerunt Cham et posterorum, fere in infidelitatem, haeresim, aut atheismum degenerare. Dico secundo, Ninus primus rex Assyriorum,

primus pariter idolum celebre Beli patris sui mortui, qui aut Nemrod fuit, aut ejus successor, publica regis auctoritate sub annum trecentesimum post diluvium proposuit, illudque asylum raris constituit: ita S. Ambrosius in *epist. ad Rom.* cap. I, S. Cyrillus, lib. III *Contre Julian.* non longe ante finem, S. Hieronymus in *Osce.* cap. II, Eusebius in *Chronico*, et alii passim, indeque prisca idola dicta sunt Bel, Baal, Baalim, Belial, Beelphegor, Beelzebub et plurima talia; significat autem *bel*, vel *baal*, hebraice *dominum*, quomodo nos *Dominum* vocamus antonomastice: vide dicta *Genes.* I, 10. Quare quod Graeci, teste S. Cyrillo, lib. I *Contra Julian.*, volunt Ceropem eorum regem primum finxisse simulacrum, idque nominasse Joventum deorum, aras illistatuisse, et bovem immolasse, vel falsum est, vel intelligendum primum fuisse in Graecia. Sic et quod S. Hieronymus, *Proemio in Epist. ad Titum*, ad Didymum, lib. *Genesis*, asserunt a Crelesium rege Melissa cepisse idololatricam, Diodorus et Eusebius a Phrygiis, Lactantius, lib. I *De Falsa relig.*, a Chathaneis, quia eorum conditor Chanaan ab avo Noe maledictus, primus a veri Dei cultu ad simulacra defecit: hec, inquam, vel falsa sunt, vel intelligenda sic, quod suis in locis et provinciis duntaxat fuerint primi idololatriæ auctores. Sic Atlantides Africae populi primum apud se regnasse deum *Osiram*, id est *Colum*, falso gloriabantur, Pheniciis vero aequae falso theologiae et religionis initium arrogat Sanchuniaton Berytus apud Eusebium, lib. I *Prepar.* Hinc pariter liquet errare Hebraeos, qui teste Isidoro, lib. VIII *Etymol.* cap. XI, tradunt primum idoli factorem fuisse Ismaelem, quin et idolo nomen Ismael fuisse.

Dico tertio, ante hoc Nini idolum celebre et universale, fuerunt alia privata, imo et publica; sed non tam universalis, quam Nini: patet, nam Ninus fuit coaevus Abrahae, Abraham enim est natus, anno 43 Nini: ita Eusebius S. Hieronymus, Augustinus, Cyrillus, Beda, Isidorus, ante Abraham autem fuisse idola patet, quia Thare pater ejus et reliqui Chaldaei erant idololatrae, ut habet communis Hebraeorum traditio, et patet *Jos.* xix, 2. Rursus Epiphanius, initio lib. I *De Haeresib.* atque ex eo et Philone Sudaes, verbo *Sarag*, docent idololatricam in cultu imaginum sive picturarum cepisse a Sarug, qui avus filii Thare, et septimus a Noe. A Sarug ergo videtur cepisse idololatria imaginum, non tamen statuarum.

Dico quarto, causa et initium idolorum fuit fabrica imaginum defunctorum: fecerunt enim idola, ut filiorum, aut majorum, aut regum, aut inventorum artium, aut beneficorum et amicorum memoria servaretur; tales ergo homines defuncti habiti sunt dii, cum ipsi quasi in celum recepti colerentur, pro quibus deinde se in terris demonia colenda supponebant, et sibi sacrificari a deceptis et perditis hominibus flagitant, inquit Augustinus XXII *Contra Faustum*, xvii, Cy-

prianus, initio lib. *De Idol. Vanit.*, Herodianus, lib. I, Tertullianus, *Apolog.* cap. XI, Eusebius, lib. VII *Prepar.* vii, Lactantius, lib. I, cap. xvii. Idem de Sarug docet Suidas supra: « Hoc, inquit S. Cyrilianus, ita esse, Alexander Magnus insigni volumine ad matrem suam scribit, metu sua potestatis sibi proditum de diis hominibus, a sacerdote secretum, quod majorum et regum memoria servata sit, inde colendi et sacrificandi ritus inoleverit: » hinc et a sepulchris regum et clarorum virorum, templorum originem deducit Eusebius, lib. II *De Prepar.* cap. viii, Lactantius et Clemens Alexandrinus in *Protreptico*: « Superstitio, inquit, templa condere persuasit: quae enim prius hominum sepulchra fuerunt, magnificentibus condita templorum appellatione vocata sunt: » sic et apud christianos templa erigebantur ad sepulchra martyrum, indeque *martyria* vocabantur, ut dixi *Apoc.* vi, 9. Haec de causa S. Augustinus, XVIII *De Civit.* v, docet Serapidis simulacrum digito ad os admoto, indicare solitum, ut sacerdoti Serapidem fuisse hominem, imo et penam mortis constitutum is, qui Serapidem hominem fuisse dicerent, cum tamen vere hominem fuisse constaret. Ritum apotheseos Caesarum, sive relationis Caesarum in deos, habet Herodianus, lib. IV, initio. Neque aliud vult hic Sapiens: tantum enim vult dicere, ex nimio affectu et dolore suorum initium suspensisse idololatricam, quod apud varias gentes diversimode factum; apud quosdam patres exstiterunt filii, apud alios filio patris, apud alios marito uxoris, apud alios aliis defunctis, ut insinuat Sapiens vers. 21; idolum ergo finxit defunctorum amor et ambitio, provexit adulatio et metus principum, firmavit frons demonum, splendor idolorum, tot saeculorum error et usus.

Dico quinto, magis obvium et proclive est, ut filio pater, quam ut filius patri aut alteri imaginem et idolum erigat; ac consequenter idolum filii, vel primum, vel inter prima fuisse videtur: probatur primo, quia hoc inclinant verba Sapientis, cui nihil ex antiquitate contrarium afferri potest; et alia ex parte omnino est verisimile, auctorem hujus libri virum ubique pium, doctum et gravem traditione accepisse hanc suam sententiam. *Secundo*, quia patres magis amant filios maxime teneros, quam filii amant patres; ergo proclivius amor et dolor parentum, his excussit imagines erigendas filii defunctis, quam contra maxime cum patres per filios quasi semper esse et vivere cupiant, non contra. Probatur tertio, exemplis: nam Lactantius, lib. I *De Falsa relig.* cap. xv, ex Cicerone docet, ipsam Tulliolam suam filiam defunctam, deam facere conatum erecto illi simulacro, idque imitatione veterum; ergo veterum hic mos fuit.

Rursus Fulgentius, lib. I *De Diis gentium*, initio cap. *de Idol.*, ex Diophante Lacedaemonio antiquissimum habet exemplum idoli, quod Sy-

nophanes Aegyptius splendidus filio demortuo crexit; additque inde idolum dictum quasi *idola dicitur*, id est *species doloris*: hic autem in morte filiorum acerbissimus est. Hoc accedit Noster Hieronymus *Prælo* in cap. vii *Ezechiel*, sub finem, ubi primo, asserit, eum Syrophianum fuisse primum (quod etiam asserit Hobbes) idololatricam, esseque eum, quem hi; notat Sapiens, et hinc hebraice idola dici *atsati n, amen*, id est *dolores*, labores; *secundo*, Aegyptios auctores idololatriæ existisse; tertio, hunc filium videri esse Adonidem; *quarto*, eum corruptum videri in nomen *Adonis*; unde Stephanus, lib. *De Urbibus*: Amatus, inquit, fuit urbs Cyprum veloblesina, in qua Adonis Osiris colebatur, qui cum Aegyptii esset, Cyprum et Phoenices perpetuum sibi fecerunt. Quarto, Epiphanius, initio lib. *De Haeresib.*, et ex eo Suidas, voce *Abraham*, docet Thare, qui avum habuit Sarug et Abraham filium, primum ante Saturnum, Jovem, Rheam, ac Jemonea, et alios deos, statuas ex lato arte figulari, id est idola statuarum fecisse, illomque esse primum, cuius filium, scilicet Aram, Scriptura meminit ante patrem esse defunctum, quasi innuat, id idolum factum, quod Thare primus filio defuncto idolum exerexit, idemque a filio Abrahamo de idolorum cultu gravissime reprehensum. Et sine si Thare primus statuas idololatrias finxit mortuis, non dubium quid vel maxime filio Aram, et parvulo defuncto, si quem talem habuisti, finxerit; quae si vera sunt, videtur hic Sapiens notare hunc Thare, quod primus statuas idolum defuncto exerexit: nam Sapiens hic de imagine statue loqui videtur. Unde vers. 17, graece vocat *figulari*, id est *sculpta*; et vers. 21, *lapides et ligna*. Si tamen ad imagines pietas Sarug quis haec referat, non repugno, sed vellem auctorem prisicum, qui Sarug imagines filio defuncto primum crexisse disertè asserat: quare quod Julius Iginus, lib. I *Tabul.* cap. cccxxv, ait, Daedalum Eupolami filium primum deorum simulacra fecisse, accipiendum est inter Graecos, vel Athenienses; nam ante hunc fuerunt Chaldaei, Thare et Sarug.

Denique Victor Massiliensis docet, Nemrod doloris gratia statuas possuisse filio, quem unicum amiserat, ac ad eam sacra fecisse, hostias immolasse, et idololatriæ auctorem existisse: huc accedit noster Sebastianus Barradius, tom. IV in *Evang.* part. DIII, qui opinatur Ninum vel quem alium primum filio suo, qui ab avo vocatus sit Belus vel Baal, idolum publicum constituisse: nec enim de privato, sed de publico idolo loqui hic sapientem: idem opinatur Guilielmus Parisiensis, lib. *De Legib.* cap. xxvii. Verum Eusebius, S. Augustinus, Cyrillus et ceteri docent Ninum Belo patri suo, non filio, primum idolum possuisse. Porro, quod Lactantius, lib. I *Inst.* cap. ult., ex Theophilo et Thalo ait, Belum Saturno, qui sator vult deorum, tempore fuisse aequalem, et utrumque uno tempore adolevisse, ceteri pas-

sim confatant: Saturnus enim et Jupiter longe posteriores fuisse Belo, Nemrod, Nino et Abrahamo: Saturnus enim in Creta regnavit, ac inde Jugatus a Jove filio, in Italia et Latio, centum annis ante bellum Trojanum, quod contigit sub tempora Samsontis, qui multis sæculis, non tantum Belo et Abrahamo, sed et Mose fuit posterior, teste Eusebio in *Chron.*; unde Epiphanius *Profat.* lib. I *Contra Hereses*, sic ait: « Postea (post Thare et Abraham) defecarunt, aut infelices tyrannos, aut prestigiatiores spectra orbi terrarum exhibentes, monumenta ipsorum venerantur; et longo tempore postea, Saturnum, et Jovem, Rheamque ac Junonem, et alios deinceps. »

Accedit, quod Saturnus et Jupiter sint latina nomina; Latini autem Babylonis, Assyrii et Hebræis, qualis fuit Nemrod et Bel sive Belus, longe fuisse posteriores: dicitur enim latine Jupiter, quasi *Jovis pater*: Saturnus, quasi *satur annis*, teste Hierone, lib. II *De Natura deorum*: quia et Lactantius ipse loco citato: « Agamemnon, inquit, qui cessit bellum Troicum (Trojanum), Jovis abnepos fuit, et Achilles Ajaxque propepotes, et Ulysses eodem gradu proximus fuit. » Ergo non diu ante bellum Trojanum vixit Jupiter, cum Bel sive Belus multis sæculis ante illud existit: bellum enim Trojanum existit paucis annis ante Samsoneum. Imo Noster Sallianus in *Anal.* Trojan captam assertit anno ultimo Ahialon judicis Israel, qui successit Abdon judicans Israel octo annis, deinde Samsone; unde Eusebius in *Chron.* a nativitate Abrahæ, qui natus est anno Nini (qui Belo successit) 43 usque ad captam Trojam, numerat annos 825, a nativitate vero Moysis ad captam Trojam numerat annos 310. Error inde accidit, quod cum Latini suum Jovem et Saturnum censent esse primos et antiquissimos deorum, ac titium pariter apud Assyrios audirent esse Belum, inde concluderint Belum fuisse eundem, nec certe eorum Saturno, cum Belus longe anterior fuerit, æque ac Assyrii anteriores fuisse Latinis: inde rursum factum, ut nonnulli nomen Jovis extenderint ad Belum, eique dederint nomen Jupiter Belus, ac Beli patrem vocent Saturnum; sed nimirum nominibus abutuntur, et hic abusus parit confusionem deorum et temporum. Audi S. Cyprianum, initio lib. *De Idololat.*: « Antrum Jovis in Creta visitur, et sepulcrum ejus ostenditur, et ab eo Saturnum fugatum esse manifestum est; inde Latium de *latebra* ejus nomen accepit. Hic litteras imprimere, hie signare nummos in Italia primus instituit, inde ærarium Saturni vocatur; et rusticitatis hic cultor fuit, inde fulem ferens pingitur; hunc fugatum hospiti Janus exceperat, de ejus nomine Janiculum dictum est, et mensis Januarii institutus est. Ipse bifrons exprimitur, quod in medio constitutus, annum incipientem pariter et recedentem spectare videatur. »

Quædam Cæsarum Jovem regnavit in

Italia, cui successit filius Pions, post quem Fanus, qui fuit pater Latini, Æneæ socii. Hinc collige, quam parum abfuerit deorum ætas a Trojanæ sæculo, inquit Genebrardus in *Chron.*; Æneæ enim capta Troja fugit in Italiam. Tunc ego simui florere præcipui dii, id est homines inter deos relati a Græcis et Latinis, qui fere numero duodecim, quos Ennius his duobus versibus complexus est:

Jano, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,  
Mercurius, Jupiter, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Saturnum et Bacchum addit Eusebius, lib. IV *De Prepar.* Horum sepulera olim exstant in Græcia et Latio, ac præsertim Jovis in Gnosso urbe Cræte: ita Eusebius, Clemens, Lactantius, S. Cyrillus, et alii jam citati. Porro multi ex his fuisse filii Saturni, qui proinde *Sator deorum* vocatur: Saturnus enim ex Rhea sive Ope genuit Jovem, Cererem, Junonem, Neptunum, Plutonium, etc., teste Lactantio, lib. I, cap. xiv ex Ennio. Benigne S. Thomas, II II, *Quest.* XCIV, ex hoc capite colligit quatuor causas et origines idololatriæ. *Prima* fuit nimis amor vel timor, homines enim nimis filium, patrem aut principem amantes, vel nimis venerantes honorem divinum ei impendebant. *Secunda* fuit puerilitas imaginis, quæ naturaliter delectantur et capiuntur homines. *Tertia* fuit ignorantia Dei: quia enim Deum aliam non inveniebant, hinc creaturis divinitatem attribuunt. *Quarta* fuit fraus demonum, qui in idolis colli cupientes per ea dabant responsa, vel mira quedam patrabant.

16. DEINDE INTERVENIENTE TEMPORE, CONValescente INIQUA CONSUETUDINE, HIC ERROR TANQUAM LEX CUSTODITUS EST, ET TYRANNORUM IMPERIO COLLABANTUR FIGMENTA. — Pro *iniqua*, ut habent Græca et Romana, perperam nonnulli legunt *antiqua*: hæc error non est in Græco, qui sic habet, et *impia consuetudo quasi lex custodita est*, scilicet ab impiis: nam pii sciunt impiam consuetudinem nunquam præscribere, nec ulla temporum longitudine roborari, ut vicem legis obtineat. Pro *figmenta* græce est, *φαντά*, id est *sculpta*, scilicet idola: prima enim idola fuerunt sculptilia, ut imagines regum, aliorumque hominum, in auro, ære, ligno exculpta; significat ergo prima idola domi fuisse culta ad libitum, sed idololatriam hanc privatam roboratam fuisse publica consuetudine et regum imperio, ut jam amplius libera non esset, sed consuetudine quasi lege sancta, et tyrannorum vi coacta. Sic Ninus coegit suos adorare idolum Beli patris sui; sic Nabuchodonosor statum sibi erigens in ea se adorari jussit, *Daniel.* III; sic Nerò, Decius, Diocletianus, ceterisque imperatores coegerunt idola Jovis, Apollinis, Martis, etc., adorari, ideoque christianos id facere recusantes ferro et flamma persecuti sunt per trecentos annos, a Christo scilicet usque ad Constantinum, tumque nulla centena martyrum mil-

lia gloriosa de tyrannis, æque ac idolis virtutum tropæa retulere.

17. ET QUOS, QUOS IN FALAM HOMINES HONORARE NON POTERANT, PROPTER HOC QUOD LONGE ESSENT, E LONGINQUE FIGURA FORUM ALLATA, EVIDENTEM IMAGINEM REGIS, QUAM HONORARE VOLLEBANT, FECERUNT, UT ILLUM QUI ABERAT, TANQUAM CÆSENTEM COLEBANT SUA SOLICITUDE. — Græce, ut *absenti tanquam præsentem adorarentur studioso*. Hæc est altera causa idoli et idololatriæ, scilicet adulatio: multi enim ut regibus aliisque potentibus adlarentur, eorumque gratiam aucuparentur, fecerunt eorum imaginem *evidentem*, græce *ἰσαρητὴ*, id est *claram*, manifestam, et ad virum expressam, eamque ut numen colere cœperunt. Audi S. Cyprianum initio tract. *De Idol.*: « Deos non esse, quos colit vulgus, hinc novum est. Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam colli apud suos, postmodum etiam in morte cœperunt; inde illis instituta templa; inde ad defunctorum vultus per imaginem detinendos expressa simulacra, quibus et immolabant hostias, et dies festos dando honores celebrabant; inde posteris facta sunt sacra, quæ primis fuerant assumpta solatia. Et videamus an sit hæc apud singulos veritas: Melchites et Leucothea precipitantur in maria, et sicut postmodum maris numina; et Pollux allenis moriuntur, ut vivant; Esculapius ut in deum surgat, fulminatur. Hercules ut hominem exeat, Cæles ignibus concrematur, Apollo Admeti pecus pavit. Laomedonti muros Neptunus instituit, nec mercedem operis infelix structor accepit. »

18-20. PROXIMIT AUTEM AD HORUM CULTURAM ET HOS, QUI IGNORABANT, ARTIFICES EXIMIA DILIGENTIA. ILLI ENIM VOLENS PLACERE ILLI, QUI SE ASSUMPSIT, ELABORAVIT ARTE SUA, UT SIMILITUDINEM IN MELIUS FIGURARET. MULTITUDO AUTEM HOMINUM ABDUCTA PER SPECIEM OPERIS, EUM QUI ANTE TEMPUS TANQUAM HOMO HONORATUS FUERAT, NUNC DEUM ÆSTIMAVERUNT. — Tertia est hæc causa idololatriæ, scilicet industria artificis insignis, pulchritudo idoli hebetes et rudes allexit ad ejus contemplationem, admirationem et adorationem. Pro *eximia diligentia*, græce est, *ἐπιεικής*, id est *amor honoris, ambitio*, puta ambitiosa, et, ut Vatablus ait, affectu diligenter artificis, qui ut ab imperitante, vel hero, ceterisque ex arte laudem, ac eximii artificis nomen et decus consequeretur, studiosè et ambitiosè simulacrum elaboravit, uti faciebat Apelles, qui proinde rogatus, cur tam morose, lente et exacte pingeret? respondit: « Pingo mortalitatem. » Pro *et qui se assumpsit*, etc. græce est, *ἴλε ἐνὶ τοῖς πλάττειν*, id est *dominanti*, puta principi, qui idolum formandum dedit, ita Vatablus, Jansenius, Osorius; aut potius *ἰσαρητὴ*, id est *hero et domino*, qui illum quasi prehendi, et prelo ad formandum principis idolum conduxit: agitur enim de eo, qui principi

absenti adulari, ejus imaginem quam elegantissimam confici curat; unde Noster solerter verit, et qui se assumpsit: ita Lyranus, Hugo, Dionysius et alii.

ELABORAVIT. — Græco *ἰελοῦσθαι*, id est *per artem effecti*, vel summa vi artis incubit, summam vim et contentionem in elaborando adhibuit, toto conatu efformavit: ita Pannius. « Ut similitudinem in melius figuraret, » græce, *ἐλαβόρην* arte similitudinem in pulchritudine, vel ad majorem pulchritudinem et venustatem, id est, quam pulcherrime et elegantissime effinxit, in eaque omnem vim artis ac facultatis adhibuit, et quasi extremum potentia exercuit.

MULTITUDO AUTEM ABDUCTA. — Græce *ἰελοῦσθαι*, id est *attracta, illata*; unde Jansenius censet legendum *abducta*; sed Romani significantius legunt *abducta*, id est *illecta, seducta*, decepta (per speciem operis), græce *ἰελοῦσθαι*, id est *ante modicum tempus*, sive paulo ante (tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum æstimaverunt, » græce *ἰελοῦσθαι* *ἰελοῦσθαι*, id est *rem cultu dignam*, puta numen reputantur; unde Vatablus verit, *vulgus autem officii venustate illectum, quem necesse ut hominem honoraret, nunc numen existimavit*.

21. ET HEC FUIT VITÆ HUMANÆ DECEPTIO: QUONIAM AUT AFFECTU, AUT REGIBUS DESERVIENTES HOMINES, INCOMMUNICABILE NOMEN LAPIDIBUS ET LIGNIS IMPOSUERUNT; — græce, *ἰελοῦσθαι* *ἰελοῦσθαι*, id est *in insidias*, hoc est *insidiarum*, scilicet ad captendos rudes homines elegantia idoli, ut illud numen esse crederent, itaque agerentur in ruinam et exitum vitæ, tum presentis, tum æternæ. Pro *affectu aut regibus*, græce est, *ἰελοῦσθαι* *ἰελοῦσθαι*, id est *aut calamitati aut tyrannidi: calamitatis*, hoc est affectu exorto ex calamitate filii aut cognati, vel parentis amissi et mortui; refricat enim quod dixit vers. 15: « Aerbo enim lucra dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem. »

INCOMMUNICABILE NOMEN LIGNIS ET LAPIDIBUS IMPOSUERUNT, — *g. d.* Nomen *Jehova*, id est Dei, soli Deo vero proprium, tribuerunt ligneis et lapideis idolis, que vocantur deos usque divinitatem adsperebant, que summa fuit stoliditas, æque ac Dei veri injuria. Tropologiae, idem facti peccator, dum creaturam Creatori anteposuit, ut in ea omnem suum amorem figat, in eaque felicitatem et ultimum suum finem constituit: talis enim usus opes, honores, vanae, delicias, etc., quasi sua idola et numina colit; quare illis quasi divinitatem tribuit, eamque Creatori admittit, cum summa ejus offensa: nam ipse ait, *Isai.* XLII, 8: « Ego Dominus, hæc est omne nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, et laudem meam sculptilibus: » quocirca cum te creatura quempiam sui specie velut idolum ad idololatriam, puta ad peccatum allicit, animose illi resistit ac responde, quod martyres tyranni responderunt.

Tres pueri hebraei Nabuchodonosori ad suam statum adormdam urgenti, minantique formicem Babiloniam generose replicarunt, *Dani. I. m.*: « Non oportet nos de hac re respondere tibi: ecce enim Deus noster, quem colimus, potest nos eripere de camino ignis ardentis, et de manibus tuis, o rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi, rex, quia Deos tuos non colimus, et statuum auream, quam erexisti non adoramus. » Dixerunt et praesertim, ideoque in mediis ignibus Deo tutante ille si, Eucharisticum ei ceciderunt. Vide ibi dicta. S. Marius, ejusque filii Audifax et Habacuc, Persae et martyres generosi, cum idola irridentes, Romae per urbem colligatis manibus circumducentes praecone clamante: « Deos nolite blasphemare, » exclamarunt: « Non sumus dii, sed demones, qui et vos perdet et principem vestrum: » ita habent *Acta S. Valentini* apud Surium die 14 februarii. S. Publia matrona nobilissima et praestantissima (quam Graeci in *Menolog.* asserunt fuisse matrem S. Chrysostomi, et insinuat Theodoretus), audiens illac transire Julianum Apostatam idolorum patronum, ut eum rideret, cum suo virginum choro cecinit: « Simulacra gentium argentum et aurum, opera nanum hominum. Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis; » eumque Julianum indignans juberet eas tacere, Publia cum suis majori alacritate idem occinuit: quare tyrannus praecipit eam alapis caedi et eruentari. Verum illa contumeliam hanc pro summo honore ducens domum revertitur, et tyrannum ut solebat spiritum sanctum perstringit, ait Theodoretus, lib. III. Trinitas martyrum et virginum sub Diocletiano fuere SS. Menodora, Metrodora, et Nymphodora sorores, et quasi tria virginitalis dona, quarum de idolis aequae ac tormentis triumphum colli Ecclesia die 10 septembris. Menodora dum per duas horas a quatuor licitoribus caederetur, praecone clamante: « Deos cole,isque sacrificia, » intrepide respondit: « An non vides, quod me totum Deo meo sacrificavi? quamnam enim est meo sanguini utilitas, dum descendo in infernum? si non eum prius meo sponso sacrificavero? » quare virgine ossa contrebantur, et confringebantur roseae gene martyri, quae magna voce clamans: « Domine Jesu Christe, mea exaltatio, meus amor, ad te, spem meam, confugio, accipe in pace animam meam, » purpureum in ejus manibus unxit spiritum. Metrodora idola irridens, et deos velut demones subsannans, per duas horas lampadibus ustulata, et ferreis vectibus contra sororem secuta, martyr ascendit ad sponsum. Nymphodora jussa idolis sacrificare, dum ferreis unguis discerperetur: « Ego, inquit, me Domino sacrificavi, propter quem pati est voluntas, et mori letum: » quare vectibus ferreis pariter contracta, victrix evolavit ad Christum. Felices nymphae, quae angelorum vitam emulantes, imo superantes, duplicem virginitalis *et max.*

lyrii lauream meruerunt, atque angelorum manibus in caelum choros translate triumphant. Vita earum exstat apud Surium die 10 septembris.

22. Et (graece *εἰς*, id est *deinde*) non suffecerat ERRASSE EOS CIRCA DEI SCIENTIAM (graece *πιστις*, id est *cognitionem*), SED ET IN MAGNO VIVENTES INSCIENTES (graece *ἄγνοια*, id est *ignorantiam*) BELLO, TOT ET TAM MAGNA MALA PACEM APPELLANT, — *q. d.* Ad tam periculosum de Deo errorem accedit quidam quasi errorum circa mores et vitiorum exercitus, qui tamen obcecati idololatri pacatus tranquillitas, que videtur status, et in tanto scelerum dissidio, tumultu, rixa, et pugna, velut in jucundo pace conquiescent: ita Lorinus. Quæres, quodnam sit hic magnum *inscientie bellum*? Respondent *prima*, nonnulli esse bellum, quod idololatri velut novi Titanes insipienter gerunt cum Deo, dum idoli et Luciferi adherent, atque sub ejus signis contra Deum militant; verum hoc bellum paulo ante expressit dicens: « Et non suffecerat eos errasse circa Dei scientiam, » cui jam addit et quasi opponit, quod « in magno *inscientie bello* » vixerint; unde alii accipiunt bellum, quod idololatri Creatori repugnantes susceperunt cum omnibus ejus creaturis: hæ enim pro Creatore suo stantes contra omnes ejus hostes, quales sunt idololatri, depugnant. Idololatra enim (et mystice peccator quilibet) lacessens et provocans Deum, hoc ipso lacessit et quasi ad duellum provocat omnes ejus creaturas, nam, ut ait cap. v, vers. 21: « Pugnavit cum illo (Deo) orbis terrarum contra insensatos. » *Secundo*, alii *bellum inscientie* sive ignorantie interpretantur, quod idololatri indicunt ipsi veritati et sapientie, dum idololatriam veri Dei cultum, superstitionem religioni, falsitatem veritati, hæresim fidei, demonem Deo anteponunt. *Tertio*, et genuina, *inscientia* sive ignorantia hoc loco non speculativa, sed ethica et practica accipitur, idemque est, quod insipientia, imprudentia, error in vita et moribus, vitium, malitia, scelus; *bellum igitur ignorantie* est illud, quo vitium cum virtute, æque ac cum opposito sibi vitio confligit: nam

Prodigalitas, verbi gratia, confligit cum liberalitate, æque ac cum avaritia; superbia confligit cum humilitate, æque ac cum pusillanimitate; gula confligit cum temperantia, æque ac cum nimia abstinentia, etc.: confligit hinc singulorum virtutum et vitiorum graphicè depingit S. Augustinus, lib. *De Conflict. virt. et vitior.*, et Prudentius in *Psychom.* Sensus ergo est, *q. a.* Impii idololatri ex idololatria et er ore, quo idola Deo vero præterantur, inciderunt in alios errores practicos circa res agibiles, puta in vita omnia, scilicet in sacrilegia, in invidiam, in adulteria, in perjuria, etc., quæ explicando subjicit, ac præsertim in parricidia et homicidia, quibus preterita pietate naturali et justitia, impis se credibus maculaverunt, imo filios proprios sacrilege idolis macularunt et sacrificarunt. In sequentibus enim

hoc *bellum* expellens enarrat scelera, quæ cum infidelitate et idololatria, et jam cum hæresi et secta politiorum atheorumque conjuncta sunt, aut inde consequuntur: « heretici » enim, ut ait S. Hieronymus in *Mech.* cap. 1, « quotidiè quod colant repugnant, ac idola (errorum) sibi artificii manu et curiosa mente conflungunt. » *Bellum* ergo hoc idololatarum est, quo contra omne jus et fas naturæ, proprios filios Moloch et Saturno immolarunt; item quo alienos thoros invaserunt, ac vicinorum uxores per adulteria vitiarunt; quo bona proximorum rapuerunt, aut per artes et fraudes occuparunt; quo denique in omnem injustitiam, libidinem, cupiditatem, impietatem se projecerunt, utpote idolum mutum et ligæum, ejusque numen et vindictam non metuentes; atque hæc ratione tam Deum, quam angelos ac homines contra se concitavit, ut in perpetuis odiis, libris, rixis, periculis vitam degant; et tamen tam cæci et stolidi sunt, ut in his tam secure vivant, ac si in plena pace omniumque amicitia degent. Cantacuzenus *pacem appellant* explicat, quod idololatri deos suos pacificos inscriberent ac celebrarent, ut amicitie pacisque præsidet, ut penates ac gentilitios *εὐεργετὰς καὶ φίλους*, id est *consanguineos et amicos*, quæ Jovis erant epitheta.

Tropologicè, *bellum ignorantie* est, quo cupiditas eorum configit cum charitate, sensus cum ratione, caro cum spiritu, amor mundi cum amore Dei: ita Hugo. Concupiscentie enim sunt quasi quidam tyranni, qui regi suo, puta menti, rebellant, ac contra rationis arcem bellum movent, ideoque perpetuis in anima cient tumultus, rixas, seditiones, confusio, uti experiuntur illi, qui eos domare nolunt, aut non possunt; et tamen adeo cæci sunt, ut eos non animadvertant, non agnoscat, sed se in pace et hilaritate jucundam agere vitam estimant: vide S. Augustinum, vel quisquis est auctor *De Conf. virt. et vitior.* Symbolicè, *ignorantia bellum* est, quo studiosi scientiæ contendunt et desudant, ut veritatem tot tenebris, tot nebulis, tot opinionibus, tot erroribus quasi hostibus circumseptam, his profligatis eruant et in lucem educant; hinc videmus, quanto labore et conatu pueri ad scientias emittantur: notum est bellum grammaticale, æque ac logicale.

23 et 24. AUT ENIM FILIOS SUOS SACRIFICANTES, AT OBSCURA SACRIFICIA FACIENTES, AUT INSANÆ FLENS VIGILIAS HABENTES, NEQUE VITAM (vita *castitatem et honestatem*), NEQUE NUPTIAS MUNDAS JAM CUSTODIUNT, SED ALIUS ALIUM PER INVIDIAM OCCIDIT, AUT ADULTERANS CONTRISTAT. — *Græce*, aut enim sacrificia quibus filios occidunt (Vatablus, per parricidia liberorum), aut secreta mysteria, aut insanas ex altis ritibus, vel legibus commotiones (Vatablus, bacchantes; alii, agentes bacchantia: notat bacchantiorum et bacchantium insanias et ritus) agitates, neque vitam jam, neque comubia conservant pura, sed alter alterum, aut insidians occidit,

aut adulterans tristitia afficit. Ecce hoc est ignorantie idololatarum bellum, quod proximus, imo filius, ipsique naturæ movent per parricidia, homicidia, adulteria, etc., sine ullo mirantis potest quod putant esse lignum et inanimis: tale enim est idolum meta. Per *obscura sacrificia* notat clandestina, lucifuga et nocturna sacra Veneris, Bacchi, Priapi, Cybeles, Isidis, Proserpine, etc., quæ plena erant libidinibus et obscenitatibus, ideoque in oculis, umbris, vel subterraneis locis, sæpe etiam noctu tantum agebantur, de quibus II *Machab.* VI, IV *Reg.* XXVII, 7, Josephus, lib. XVIII *Antiq.* cap. IV, Tertullianus, *Apolog.* cap. XV; S. Augustinus, lib. VI *De Civit.* cap. VII; Cyrildus, *De Divis gentium*. Hinc apposite græce vocantur, *μυστήρια τῶν τοῦ πάρος*, quod sint abominanda, inquit Clemens Alexandrinus in *Protrept.*, adeoque *μυστήρια* eorum sunt *εὐεργετῶν*, id est *prohibita et lupanaria*, puta scortationes et obscenitates: nam, ut ait Apostolus, *Ephes.* V, 12, « quæ in occulto fiunt ab impiis, turpe est et dicere. » Hoc est quod ait Minutius Felix in *Octavo*: « Ubi autem magis a sacerdotibus, quam inter aras et delubra conduntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur frequentius denique in auditorum cellulis, quam in ipsis lupanariis flagrans libido defangitur. » Delphis etiam publice, sive meretricie Veneris templum primus Solon erexit, ut scribit Philonem apud Athenæum, lib. XIII, cap. 11, in quo domiesticis prostitute feminae quæstum faciebant, Hinc Juvenalis, *satyr.* 9:

... Nam quo non prostat femina templo?

Talia sunt hodie anabaptistarum nocturna et In-cernalia sacra, in quibus extincto lumine promiscui sunt concubitus. Causa fuit, quod Jupiter, Venus, Bacchus, Priapus, etc., dii gentium fuerint homines impurissimi, ideoque gentes putabant eos colendos omni gula et luxuria, utpote his gratissima, ut superius dixi; unde Cantacuzenus vers. 24 de ipsi diis accipiens: Nam dii, inquit, vitam non custodiunt mundam, seu *fiat*, id est *vitas*, propter *fiat*, id est *violentas*; et impetus, inquit, quos tradunt fabulae, filiorum in parentes, fratrumque inter se, propter vincula absurda et reliqua insidias: non nuptias, propter impudicitiam, quæ diis affligitur, ac turpes amores et illegitimasque filias, matribus, sororibus, commixtionibus, atque multos immodos complexus *fiat*; ergo eorum fuit *fiat*, id est, *vita* eorum fuit *vitas* et *violenta*, ideoque impura et scelerata.

25 et 26. ET OMNIA COMMIXTA SUNT, SANGUIS, NOVICIDIUM, FURTUM ET FICTIO, LUPRETIUM ET INFIDELITAS, TURBATIO ET PERJURUM, TUMULTUS EDORUM: DEI IMMORATIO, INANIMUM INQUINATIO, NATIVITATIS IMMUTATIO, NUPTIARUM INCONSTANTIA, INORDINATIO NOBILITATIS ET IMPUDICITIA. — *Græce*, omnia (alii, omnes) autem *mixta*, vel *promiscua* habet sanguis et cædes, furtum ac fraus, corrumpela, infidelitas,



turbulenti motus, perjurium, tumultus bonorum; gratia obliuio, uitiorum inquinatio, generationis immutatio, secretorum inordinatio, adulterium et simulacra; Vatablus, omnia demum occupat sine discrimine sanguis et cædes, fortum et dolus, etc.: clare Cantabrigiæ, omnia simul, inquit, apud idololatrias mala sunt permixta, vel mixta sequuntur ex idololatria. Coacervat crimina, quæ ex idololatria prædeunt, quorum primum est, sanguis et homicidium: hæc duo enim pene idem sunt, sed ad auxesim additur sanguis, quod in homicidio fiat fæda et horrida sanguinis effusio; sanguis ergo idem est quod sanguinis effusio. Fictio, quæc dicitur, id est dolus et fraus, q. d. Omnia apud infideles et idololatrias plena sunt insidiis et fraudibus. Corruptio, id est corrupta concupiscentia, ait S. Bonaventura; corrupta fides sive fidelitas, ait Dionysius; alii, corruptio, id est delectatio virginum; melius Vatablus, corruptela, tum que in iudiciis, tum que in mercibus, contractibus, commerciis, cæterisque rebus fit, q. d. Omnia apud idololatrias sunt plena corruptelis. Infidelitas est violatio fidei sive perfidia. Turbatio, quæc dicitur, id est tumultus, q. d. Apud infideles omnia abundant turbis, tumultibus, dissensionibus, seditionibus. Tumultus bonorum est bonarum rerum perturbatio et confusio, vel bonorum hominum vexatio, dum contra fideles et pios tumultuantur infideles et impii. Dei immemoratio, q. d. Non sunt memores Dei, occupat eos Dei obliuio; quæc iam habent, γάρτοι ἀμάρτια, id est gratia vel beneficiorum obliuio, ita Vatablus: ingratus enim est, teste Seneca, qui beneficium non reddit; ingrator, qui obliuiscitur; ingratusque, qui accepisse se negat quod accepit. Unde Franciscus Lucas in Notis hic, pro eo quod in Vulgata legitur Dei, legendum suspicatur domi immemoratio: verum Romani cæterique Codices habent Dei, non domi, idque genuinum esse contendit et Nannius, lingue quæc publicus olim Lovanii professor.

ANIMARUM INQUINATIO. — per glulam, crapulam, et libidinem; S. Bonaventura intelligit internos luxurie motus, et delectationes morosas. Natiuitatis, quæc dicitur, id est generationis actusque generandi immutatio, per præposteram libidinem, sive cum masculis, sive cum feminis vel etiam bestis, uti Iopiter suum habuit Ganymedem, Trajanus Hadrianum, Hadrianus Antinuum, teste Spartiano. Vatablus vero vertit, alienato progente, cum scilicet prætes genita patri non vero, sed falso et alieno adscribitur, uti faciunt adultere. Nuptiarum inconstantia, quæc dicitur, id est inordinatio, dum scilicet infidelis uxorem repudiat, et aliam aliamque ducit, ut singulis annis, imo mensibus novum incat conjugium, idque temporarium duntaxat, uti faciunt nonnulli Athiopes; aut dum uxores suas aliis viris concedunt, uti facit Cato; aut cum uxoribus aliorum suas permutant, aliisque modis similibus.

Inordinatio machinæ et impudicitia, quæc dicitur, et lascivia, id est omne genus impudicitie: inordinatio addit emphasim machinæ, notatque machinæ addi incestum, sacrilegium, aut iure scelus; impudicitie vero addi varios, vorosque luxuriosos osculandi et contrectandi modos.

27. INFANDORUM ENIM IDOLORUM CULTURA, OMNIS MALI CAUSA EST, ET INITIUM, ET FINIS. — Infandorum, quæc dicitur, id est inominatorum, hoc est execrandorum, adeo ut nec nominari debeant: infandorum ergo idem est quod non fandorum, de quibus velut anathematibus fari non licet. Est epiphonema generatim completens, quod particulatim jam recensuit, scilicet idololatriam esse causam omnium scelerum, initium et finem: causam, quia omnia scelera nasci solent ex infidelitate et idololatria, ac numinis vindicte contemptu, uti jam ostendi. Simili sensu ait Apostolus I Timoth. VI, 40: « Radix omnium malorum est cupiditas, » quæc, φιλαργία, id est avaritia.

INITIUM, ET FINIS. — Initium idem est quod causa vel occasio: simili sensu ait Ecclesiastes, cap. x, 13: « Initium omnis peccati est superbia, » quia ex superbia velut ex matre nasci et ortu solet quodlibet peccatum, sicut ex idololatria; quæc ergo velut initio et fonte scaturit omne malum et vicissim in illam cœu in finem et terminum desinit, q. d. Omnia mala nata sunt ortu ex idololatria, ac vicissim in illa terminantur et desunt, ita Dionysius: qui enim libidinis alisque sceleribus sese opplent, tandem fiunt infideles, idololatriæ et athei, ut enim sine seropulo et metu numinis, deique vindicte suis cupiditatibus indulgeant, excolunt fidem Dei ejusque providentiæ, iuxta illud, Psalm. XIII, 4: « Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. » Sic hodie videmus homines carnales et sceleratos fieri hereticos, ac tandem atheos, eo quod in heresi nil vere fidei, sed mera ejus figura inveniunt: vide Stanislauum Rescium, De Atheismo, hæret. ita S. Thomas, II II, Quæst. XCIV, art. 4, ad 1: « Dicitur, inquit, idololatria esse causa, initium et finis omnis peccati: quia non est aliquid genus peccati, quod interdum idololatria non producat, vel expresse inducendo per modum cause, vel occasione præbendo per modum finis, vel per modum finis, in quantum peccata aliqua assumuntur in cultum idolorum, sicut occisiones hominum, et mutilationes membrorum, et alia hujusmodi. Et tamen aliqua peccata possunt idololatriam præcedere, quæ ad ipsam hominem disponunt.

Audi Tertullianum, initio lib. De Idolol. « Principale crimen generis humani, summus sæculi reatus, tota causa iudicii, idololatria. » Subdit deinde in idololatria nasci crimen homicidii, adulterii, stupri: « Idololatrias, inquit, idem homicida est. Quæris quem occiderit? si quid ad elegi ambitionem facit, non extraneum, nec in-

micum, sed seipsum. Quibus insidiis? erroris sui. Quo ielo? offensæ Dei. Quot plagis? quotquot idololatriis. Qui negat idololatriam perisse, is negabit idololatriam homicidium fecisse. Proinde adulterium et stuprum in eodem recognoscas: nam qui falsis diis servit, sine dubio adulter est veritatis, quia omne falsum adulterium est, sic et in stupro mergitur: quis enim immundis spiritibus operatus, non conspurcatus et constupratus incedit? Atque adeo Scriptura sancta stupri vocabulo utuntur in idololatriæ exprobratione. Fraudis conditio ea est, opinor, si quis alienum rapiat, aut alii debitum denegat, et utique erga hominem admissa fraus maximi criminis nomen est. At enim idololatria Deo fraudem facit, honores illi suos denegans, et confrens aliis, ut fraudi etiam contumeliam conjugat. » Ac post nonnulla eidem inesse alia scelera, ita docet: « In illa et concupiscentiæ sæculi: quæ enim idololatriæ solemnitas sine ambitione cultus et ornatus? in illa lascivie et chrietates, cum plurimum victus, et ventris, et libidinis causa frequenter: in illa iniustitia, quid enim iniustus ea quæ iustitia patrem nescit? in illa etiam vanitas, cum tota ejus ratio vana sit: in illa mendacium, cum tota substantia ejus mendax sit. Ita fit ut omnia in idololatria, et in omnibus idololatria dependant. »

Tropologiae idem casus de idolo avari, quod est phantasma auri; ac superbi, quod est phantasma excellentiæ; ac luxuriosi, quod est phantasma amasiæ; ac gulosi, quod est phantasma epularum et vinorum: dum enim quisque hoc suum phantasma velut idolum amat et colit, ut illo fruatur, nrit in omnia scelera. Ut ergo illa caveas, idolum hoc tum, quod in mente et phantasia tibi fabricasti, evelle, contere et confringe.

28. AUT ENIM DUM LETANTUR INSANUNT, AUT CERTE VATICINANTUR FALSA, AUT VIVUNT INJUSTE, AUT PEJERANT CITO. — Ostendit ex idololatria nasci quodlibet scelera, ac præcipua enumerat, q. d. Idololatriæ effundunt se in ineptas lætitiis, bacchantur et insanunt, aut fingunt oracula, quibus se suosque ad vite licentiam et luxuriam impellunt; aut vivunt iniuste aliorum opes diripiendo, fraudando, perdendo; aut temere ciloque pejerant: causam subdit:

29. DUM ENIM CONFIDUNT IN IDOLIS, QUÆ SINE ANIMA SUNT, MALE JURANTES NOCERE SE NON SPERANT, — id est ledendos se non timent, sic Virgilius:

At sperato (id est timete) Deus memores fandi alique nefandi,

q. d. Idololatriæ ideo cito pejerant ruuntque in quævis scelera, quia non timent suos deos, puta sua idola, utpote inanania et lapidea vel lignea, quæ injuriam sibi per perjurium aliisque scelera factam non sentiunt, ideoque ulcisci nequeunt. Sicut ergo « primus in orbe deos fecit timor, » ita ex adverso, audeo deorum vel numinis con-

temptus, principium et causa est perjurii omnisque nequitia.

30. UTRAQUE ERGO ILLIS EVENIUNT T-ONE, QUONIAM MALE SENSERUNT DE DEO, ATTENDENTES IDOLIS, ET JURAVÉRUNT INJUSTE, IN DOLO CONTENTENTES JUSTITIAM. — Utraque, id est utrorumque retributio, scilicet idololatriæ et perjurii condigna poena et supplicium obveniet idololatriis: quæc est, quæc dicitur, id est, utraque illis evenient justa, scilicet supplicia; aut, utraque ipsos punient iuste: quæc dicitur, enim subinde idem est quod iuste, id est punio: ita Lexicographus ex Synesio et Thucydide; Vaticana vertunt, utraque autem illos insequentur iura: omnia hæc eodem redeunt; sensus ergo est, q. d. Utraque (utriusque criminis, scilicet idololatriæ et perjurii) justa vindicta eos invadet, aut penam de illis sumet; utraque supplicia iusta causa, ratioque eos corripiet, quæ sum exsequetur; utrumque hoc ad supplicium illis imputabitur, et quod de deo male senserunt, et quod pejeraverunt. In greco plurale est, utraque iusta comprehendens eos, videlicet supplicia, vel quia duo hoc scelera illos poenis subiciunt. Pro iustitiam, quæc est, iustitiam, id est sanctitatem, puta religionem iuramenti: hoc enim sanctum est et sancte servandum, ideoque nuncupatur sacramentum. Licet enim idololatria juret per idolum, quod non est Deus, ac proinde in re ipsa non juret nec pejeret, tamen ex mente sua, quæ credit idolum esse verum Deum, jurat et pejerat: error enim idololatriæ, quo quis idola sua putat veros esse deos, efficit, ut pejerando sacrilegus habeatur et injustus, ait S. Augustinus, epist. 144 ad Publilianum, et habetur XXII, Quæst. I, cap. Movet.

31. NON ENIM JURATORUM VIRTUS (quæc dicitur, id est potentia), SED PECCANTUM POENA PERAMBULAT SEMPER INJUSTORUM PERVARICATIONEM. — Pro juratorum, quæc est, iustitiam, quod est vocis medie, tamque active vultu potest jurantium, uti legitur Complutensens et Regii, quam passive juratorum, id est idolorum, per quæ juratur, idque hinc loco aptius convenit, q. d. Esto idola, per quæ jurant idololatriæ, nullam habeant virtutem, id est vim et potentiam puniendi eorum perjurii, ideoque ipsi etiam idololatriæ et perjurii ea continentant, scientique imbecillia esse et invalida ad se castigandum, tamen peccantium, præsertim idololatriarum et perjurorum, poena a Deo is intentata perambulat, puniens injustorum pervaricationem, scilicet idololatriam et perjurium, qua tum falso, tum per falsos deos jurantes duplicem Deo vero injuriam faciunt, primo, quod Deo vero opponant et præponant idola, et deos falsos; secundo, quod per ea, quæ estimant Deum esse verum, falso jurent et pejerent: jurant enim et pejerant per ea, perinde ac si per Deum verum jurarent, enimque in testem falsi vocarent: quæ insignis est Dei veri injuria et contumelia. Pro

pena græce est *diæ*, id est *causa forensis*, quæ apud iudicem agitur, lis, actio, iudicium, jus, sententia, pena, item justa vindicta; unde *diæ* a cœlis et graves. Quintas (*dies quisque mensis*), ait, *væto quia diæ*. In quinto enim aiunt furas obambulare *Juramentum vindicantes, quod contentio genuit demum perjuris*,  
 Et Tibullus :  
 Ah miser, et si quis primo perjuriam celat,  
 Magna tamen tacitis poena venit pedibus.  
 Vis exempla? accipe. Cleomenes, cum Argivis septem dierum pepigerat iudicium addito iuramento; nocte dein tertia eos invasit mullosque occidit dicens, se pactum de diebus non de noctibus : ultio eum secuta est, nam et urbe, cuius gratia violarat conventa, frustratus est, eo quod mulieres detractis et templis eorum armis illum ultæ sunt : perinde quasi diis ipsis, quos contempserat penas de ipso sumentibus. Postremo versus in dementia, ipse sibi gladiolo quodam fodit et incidit corpus a talis usque ad loca vilialia, itaque vitam finit ridens et ore diducto. Agellanus barbaros qui iurjurandi religionem violassent laudare ac probare solebat dicens, illos nulla re magis Deos sibi infestos reddere, quam si sacrosanctum iurjurandum temere violarent : ita Elianus, lib. XIV *De varia hist.* Pericles Atheniensis amico roganti, u. pro se falsum diceret testimonium, cui adjunctum erat iurjurandum, hoc est perjurium, respondit : Se quidem amicum esse, sed usque ad aram; sentiens aliquosque gratificandum amicis, sed citra iuramenti violationem. Denique S. Augustinus, lib. I *De Civit.* cap. XV, celebrat nobilissimum exemplum M. Attilii Reguli, qui captivus apud Carthaginenses ab his missus est Romam, ut ageret cum senatu de commutandis utrinque captivis, prius præstito per Deos iuramento, ni id impetraret se ad eos rediturum. Cumque id non impetraret, imo ipsemet senatui hanc commutationem disuaderet, ut iuramenti fidem servaret, ad Carthaginenses rediit, etiam si sciret se ab his exarnificandum, uti et factum est. Addit S. Augustinus alterum de Saguntinis in Hispania exemplum, qui ut fidem Romanis iurata servarent, vivi cremari maluerunt, quam urbem dedere Carthaginensibus.

Ex hisce omnibus, utsee quanta reverentia homini divino sit adhibenda, quamque veraciter, parce et circumspice Deus sit nominandus, et in testem invocandus : quod enim homini divino defertur, hoc Deo ipsi cuius est nomen defertur. Unde Ieremias, cap. X, vers. 6 : « Non est, inquit, similis tui, Domine : magnus es tu, et magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, o rex gentium? » Et *Daniel*, cap. III, vers. 32 : « Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula; et benedictum nomen glorie tue, sanc-

tes : unde Hesiodus in lib. II *Ergis*, vers. 54 :

Quintas (*dies quisque mensis*), ait, *væto quia diæ*.  
 In quinto enim aiunt furas obambulare  
 Juramentum vindicantes, quod contentio genuit demum perjuris,

Et Tibullus :

Ah miser, et si quis primo perjuriam celat,  
 Magna tamen tacitis poena venit pedibus.

Vis exempla? accipe. Cleomenes, cum Argivis septem dierum pepigerat iudicium addito iuramento; nocte dein tertia eos invasit mullosque occidit dicens, se pactum de diebus non de noctibus : ultio eum secuta est, nam et urbe, cuius gratia violarat conventa, frustratus est, eo quod mulieres detractis et templis eorum armis illum ultæ sunt : perinde quasi diis ipsis, quos contempserat penas de ipso sumentibus. Postremo versus in dementia, ipse sibi gladiolo quodam fodit et incidit corpus a talis usque ad loca vilialia, itaque vitam finit ridens et ore diducto. Agellanus barbaros qui iurjurandi religionem violassent laudare ac probare solebat dicens, illos nulla re magis Deos sibi infestos reddere, quam si sacrosanctum iurjurandum temere violarent : ita Elianus, lib. XIV *De varia hist.* Pericles Atheniensis amico roganti, u. pro se falsum diceret testimonium, cui adjunctum erat iurjurandum, hoc est perjurium, respondit : Se quidem amicum esse, sed usque ad aram; sentiens aliquosque gratificandum amicis, sed citra iuramenti violationem. Denique S. Augustinus, lib. I *De Civit.* cap. XV, celebrat nobilissimum exemplum M. Attilii Reguli, qui captivus apud Carthaginenses ab his missus est Romam, ut ageret cum senatu de commutandis utrinque captivis, prius præstito per Deos iuramento, ni id impetraret se ad eos rediturum. Cumque id non impetraret, imo ipsemet senatui hanc commutationem disuaderet, ut iuramenti fidem servaret, ad Carthaginenses rediit, etiam si sciret se ab his exarnificandum, uti et factum est. Addit S. Augustinus alterum de Saguntinis in Hispania exemplum, qui ut fidem Romanis iurata servarent, vivi cremari maluerunt, quam urbem dedere Carthaginensibus.

Ex hisce omnibus, utsee quanta reverentia homini divino sit adhibenda, quamque veraciter, parce et circumspice Deus sit nominandus, et in testem invocandus : quod enim homini divino defertur, hoc Deo ipsi cuius est nomen defertur. Unde Ieremias, cap. X, vers. 6 : « Non est, inquit, similis tui, Domine : magnus es tu, et magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, o rex gentium? » Et *Daniel*, cap. III, vers. 32 : « Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula; et benedictum nomen glorie tue, sanc-

tum et laudabile et superexaltatum in omnibus sæculis. » Et *Erci*, cap. XXXIX, vers. 19 : « Benedictio hominum in operibus suis, date nomini ejus magnificentiam. » Et *Psalmes*, *Psalm.* LXXI,

18 : « Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit mirabilia solus, et benedictum nomen majestatis ejus in æternum, et replebitur majestate ejus omnis terra, fiat fiat. »

## CAPUT DECIMUM QUINTUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Prosopitür insectari idola et eorum figulos, sive idoloplastes; igitur initio gratias agit Deo, quod Israelitis ab idololatria paros castosque in sui fide et cultu conservavit; deinde vanitatem et fallaciam idolorum et ipsius eorum figulis coarguit.

1. Tu autem, Deus noster, suavis et verus es, patiens, et in misericordia disponens omnia. 2. Ctenim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam : et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati. 3. Nosse enim te, consummata justitia est : et scire justitiam, et virtutem tuam, radix est immortalitatis. 4. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec umbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores, 5. cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, et diligit mortuus imaginis effigiem sine anima. 6. Malorum amatores, digni sunt qui spem habeant in talibus, et qui faciunt illos, et qui diligunt, et qui colunt. 7. Sed et figulus mollem terram præmens, laboriose fingit ad usus nostros unumquodque vas, et de eodem luto fingit quæ munda sunt in usum vasa, et similiter quæ his sunt contraria : horum autem vasorum quæ sit usus, judex est figulus. 8. Et cum labore vana deum fingit de eodem luto : ille qui paulo ante de terra factus fuerat, et post pusillum reducit se, unde acceptus est, repetitus animæ debitum quam habebat. 9. Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam brevis illi vita est, sed coneratur aurificibus et argentariis : sed et ærarios imitatur, et gloriam præfert, quoniam res supervacuas fingit. 10. Cinis est enim cor ejus, et terra supervacua spes illius, et luto vilior vita ejus : 11. quoniam ignoravit qui se finxit, et qui inspiravit illi animam quæ operatur, et qui insufflavit ei spiritum vitalem. 12. Sed et astimaverunt lusum esse vitam nostram, et conversationem vitæ compositam ad lucrum, et oportere undecumque etiam ex malo acquirere. 13. Hic enim ait se super omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vasa, et sculptilia fingit. 14. Omnes enim insipientes, et infelices supra modum animæ superbi, sunt inimici populi tui, et imperantes illi : 15. quoniam omnia idola nationum deos astimaverunt, quibus neque oculorum usus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed et pedes eorum pigri ad ambulandum. 16. Homo enim fecit illos : et qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit deum fingere. 17. Cum enim sit mortalis, mortuum flagit manibus iniquis. Melior enim est ipse his quos colit, quia ipse quidem vixit, cum esset mortalis, illi autem nunquam. 18. Sed et animalia miserrima colunt : insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. 19. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspiciere. Effugerunt autem Dei laudem, et benedictionem ejus.

1. TU AUTEM, DEUS NOSTER, SUAVIS ET VERUS ES, PATIENS ET IN MISERICORDIA DISPONENS OMNIA. — Vatablus, tu autem, Deus noster, benignus et verus, et longa patientia (vel lenitate) misericordique gubernans omnia. Pro suavis, græce est, *ἠσπής*, id est bonus, benignus, pius, humanus, facilis ad gratificandum, comodus, clemens; item utilis, et fructuosus, officiosus, egregius, strenuus : talis